Foelix,Foecunda,ẽ ferens fructus. Alr aũt appellamus & arbores foelices, vnde Veranius de verbis pontificalibus ita ſcribit. Foelices arbores putãtur eſſe Quercus,eſculus,Ilex,Fagus, Corylus,Sorbus,Ficus alba Pirus, Malus, Vitis, Prunus, Cornus, Lotus, Targnus aũt Priſcus in cõmẽtario arborario ſic ait. Arbores queq; infeliciũ deorum auertẽtiũq; in tutela ſunt,eas infoelices nominant, vt eſt ficus atra,quęq; baccas nigram, nigroſq; fructus ferunt, itemq; Acrifolium,Pirũ ſiluaticus,Pruſcum Rubus ſentesq; qbus portenta,pdigiaq; mala cõburi iubere opꝫ,hinc eſt apud Liuiũ. Infoelici arbori ſuſpende.De ſterilitate aũt Scythię,et põticę regionis alibi abunde dictum eſt. Et in ter.eſt al te.for.ma.Et in põto terra eſt plana, quẽadmodũ mare,vbi nihil ẽ niſi planicies, vnde ęquor vtrũq; ab ęqualitate,et planicie appellaẽ. Non auis obloquiẽ,Nullius auis cantus audiẽ ĩ arboribus,quẽadmodum in alijs locis ſuis ipibus, qꝛ nullę ſunt arbores,et qm̃ de arboribus mentio incidit, qꝛ in ſacris lr̃is legimus ſub Cino ſuſannam in adulterio dep̃henſam,et q̃ri ſolet q̃ ſit arbor Cinus, id q̃з obiter declaremus Plynij verbis ita ſcribentis,At e diuerſo Cinus in magno honore palmę ſimilis, qm̃ et eius folijs vtunẽ ad textilia,differt,qꝛ in brachia ramorũ ſpargiẽ pomo magnitudo, q̃ manus impleat,color fuluus,cõmendabilis ſucco,ex auſtero et dulci,lignus intus grandis, firmęq; duritie, ex quo velares detornant annulos,et infra. Materies criſpioris elegantie, et ob id pſis gratiſſima. Quare explodenda eſt eorũ opinio,q apud Plyniũ non Cinum,ſed Cuci legendũ ſcribunt, qñqdem & alibi Plynius a Cino arbore Cinas veſtes appellat, ita.n.inqt. Arabię aũt arbores,ex qbus veſtes faciunt Cinas vocari folio palmę ſilis,ſic indos ſuę arbores veſtiunt. Siluis ni ſi qua re. Aequoreas rau co gut.po.aq̃s, Niſi ſi aliqua auis in aqs marinis degat,vt ſunt mergi,gauię.et alię id generis. Remotis ſil Quia in littore non in ſiluis verſari ſolitę ſunt. Triſtia abſynthia, Amarę illę herbę. q̃rũ copia maxima eſt in ponto, ubi naſcunẽ pluria

Infelices arbores

Cinus arbor

Locus Plinij reſtitutus

Cinę veſtes

herbarũ genera.Vergi.in Buco.Has herbas atq; hęc ponto mihi lecta venena.Ipſe dedit moeris,naſcũtur plurima ponto,Et Oui.et ſcribit,Herbas veneficijs aptas in põto lectas fuiſſe, unde Maro in georgicis regionem ponticã viroſas appellauit, qui dixit.Viroſaq; pontus.Caſtorea,ita enim inqt.Põtica regio venenoſa ꝑ pter herbas nocentes mittit Caſtorea, vel certe(quod magis placet) Viroſa caſtorea venenoſa intellige,nã Strabo lib.iij.ita inqt. Similr et Otides aues pereant et Caſtores. Et Caſtorium qdẽ nõ eam quam ponticus habet vim, pontico enim pprium eſt, vt venenoſum ſit, vt et alijs pmultis. Quare falſa ſunt q̃ a Seruio, et alijs ſuper eo verſu enarrata circunferũtur. Abſynthij aũt Plynius lib. xxvij. caplo.vij. ſcribit plura eſſe genẽ in qbus ponticũ enumerat,a ponto dcm̃, vbi pecora illo pingueſcunt,et ob id ſine felle reperiuntur,neq; aliquod pſtantius,multoq; Italico amarius,ſed medulla pontici dulcis. Horrent, Horrida videntur,ſqualida,et inculta. Per campos vacuos,Per campos ſine vllis arboribus. Conueniens ſuo loco,Conueniens regioni ponticę infructuoſę. Murus,Lapideus ambitus Tomitanę ciuitatis. Mortifera tabe, Veneno lethali. De ſagittis autem veneno illini ſolitis,a Scythis abunde alibi diximus.Scribit etiam Theophraſtus in Aethiopia qua ſagittas vngunt radicem mortiferam eẽ, Apud autem Scythas non ſolus eam radicem, ſed etiam alias plures compeiri, quarũ alię confeſtim eo interimunt tempore,quo guſtatę ſint,alię poſt, et harum alię celerius,alię tardius, ita vt nõnullos tabe quadam paulatim poſſint conſumere.

Locus Vergilij

Seruij et aliorũ error ab ſynthiũ põticum

Quam procul hęc regio eſt, Aliud etiam ponticę regionis incommodum commemorat poeta. Et ab omni deuia curſu, Et remota ab omni nauigatione,nemo enim fere nauigat in plagam illam ſeptentrionalem incultam, et deſertam. Nec pede quo quiſquam, nec rate tutus eat. Peregrini enim,ſiue mari,ſiue terra in pontum perueniunt ab incolis feris et immanibus trucidantur, vt alibi etiam diximus. Finem horuз, Finem horum malorum,quę enumeraui. Altera humus, Altera terra et mitius exilium. Hęc non euincere te,Hęc mala, quę patior non flectere animum tuum ad miſericordiam,et ideo mitiorem ab imperatore me exilij locum petere deberes. Et poſſe tenere lachrymas, Et Poſſe te a fletu temperare. Quid facias quęris, Quid pro me agendum ſic

interrogas. Queras hoc.s.ipm,Inueſtiga tu hoc ipſum.s.qd pro me debeas agere. Si repire vo.Si voles veſtiganto inuenire,et aliqd in re mea exco gitare. Cupias ut te po.opꝫ,Non ſatis inqt fuerit uelle pro me aliqd niſi & optaueris. Eſt aūt ordo. Oportet cupias ut potiaris re hoc eſt ut rem aſſequaris,vt.s.transferar in mitius exiliū.

magis notum fecit,ꝙ prius fuerim. Notior eſt factus ca.Capaneus quoq; dux in oppugnatiōe thebarum notior fuit,ꝙ antea,eius caſum et ictuꝫ fulminis abunde diximus in enarrationibus in Ouidium de Triſt. Notus hu.mer.am.eqs,Amphiarai Fabulam refert Diodo. et nos & plenius diximus in enarrationibus nřis in Ouidium de arte amandi ſup eo verſu ex.iq.libro.Si ſcelere oiclides talaonię eriphyles.Viuus ē in viuis ad ſtyga venit equis.

Quid facias queris,queras hoc ſcilicet ipſum
Inuenies vere ſi reperire voles.
Velle parum ē,cupias vt re potiaris oportet,
Et faciat ſomnos hęc tibi cura breues.
Velle reor multos,qs.n.mihi tā ſit iniquus
Optet vt exilium pace carere meum?
Pectore te toto cunctiſq; incumbere neruis,
Et niti pro me nocte dieq; decet.
Vtq; iuuent alij,tu debes vincere amicos
Vxor,& ad partes prima venire tuas.
Magna tibi impoſita ē noſtris pſona libellis.
Coniugis exemplum diceris eſſe bonę
Hanc ne degeneres,ꝙ ſint preconia noſtra
Vera vide,famę quo tuearis opus.
Vt nihil ipſe querar. tacito me fama quereť
Quę debet,fuerit ni tibi cura mei.
Expoſuit memet populo fortuna videndum
Et plus notitię quā fuit ante dedit.
Notior eſt factus capaneus fulminis ictu,
Notus humo merſis amphiaraus equis.
Si minus erraſſet,notus minus eēt Vlyxes,
Magna philoctetę vulnere fama ſuo eſt.
Si locus eſt aliquis magna iter noīa paruis
Nos quoq; conſpicuos noſtra ruina facit,
Nec te neſc ri patitur mea pagina, quę non
Inferius choa battide nomen habes.
Quicqd ages igiť, ſcęna ſpectabere magna,
Et pia non paucis teſtibus vxor eris.
Crede mihi quotiens laudaris carmine nřo
Qui legit has laudes,an mereare, rogat.
Vtq; fauere reor plures virtutibus iſtis.

Et faciat ſomnos hęc tibi cura bre. Et opꝫ, vt noctu paꝝ dormias et inuigiles qd ole ꝑ me faciendum ſit, noctu.n.ſanius ꝯſilium ſolemus excogitare, qꝛ tunc ab oibus alijs impedimentis, q̄ oie occurrūt ſumus alieni. Velle re. mul. Arbitror hac in re multos hēre amicos, q tibi & opem ferēt. Carere pace.Carere aī trāquillitate. ꝭ his curis, in qbus aſſidue verſor.

Vtq; iu.alij, Et ꝙuis alij mihi opem ferāt. Tu de. vin. ami. Vxor, Debes tu diligentia et opa alios ſuperare in me iuuando ꝓpterea ꝙ es mihi vxor. Ad tuas pꝛes, Ad tuum munus, qđ eſt vt marito ſuccurras. Magna pſona, Quaſi dicat magnum nomen. Noſtris li. Noſtris opibus et carminibus. Coniugis bo.Coniugis pudicę ē amantis maritum.

Hanc ne dege.Ne degeneres, et vilē facias hanc famam et pſonam. Famę quo tuearis opus,Vt famę tuę opus, et molē defendas, legiť ēt in quibuſdā exēplaribus.Famę qđ tuearis opus, et ſubintelligiť a ſuperiori vide qđ opus tuearis.i.q̄lē molē famę ſuſtineas vide et ꝯſidera, multum eſt.n.hēri bona vxor. Vt ni.ip.que. Quāuis ego de te nihil dicam. Tacito me fama quereť.Quę debet, Me vel tacente fama de te obloqueť et q̄retur illa, quę debet q̄ri, iuſte.n.incuſamus vxorem, quum ab ea ꝯſpicimus maritum deſeri. Fuerit ni tibi cura mei,Ni mihi opitulari curaueris. Fortuna, A q̄ in exilium miſſus ſum. Videnndū po.Conſpiciendum Rōmano ꝑplo. Et dedit plus notitię. Et tribuit mihi plus famę, me.n. hęc mea calamitas

Mers is hu mo , Terrę. n. hiatu Amphiaraus cū eqs et curru abſorptus ē. Si mi.erras. Si Breuiori locoꝝ ē tempo rum interuallo a patria abfuiſſet , cuius errores non ſunt, et nos eos plenius diximus. Magna phi. De philocteta.qui in lemno a grecis relictus fuit ob grauem vulneris odorem repete quę a nobis ſcripta ſunt in enarrationibus in Ouidius de arte amandi. Inter ma.no.Inter ſummos viros. Paruis, Subaudi nolbus et pſonis. Conſpicuos, Magis notos. Te ne ſciri,Te ignotā eſſe.

Choa battide, Philetas ex cho inſula oriundus, quem Strabo aliorum ſcriptorum iudicem ſeueriſſimus fuiſſe tradit Battida amauit, et eam carmine laudauit.Ouidius. Nec tantum clario lyde dilecta poetę Nec tantus choo Battis amata viro,Sed (vt obiter carmen ſuperius adductum enarremus) ſciendum eſt Antimachum poetas ex claro oppido Collophonio Lyden amaſſe,ac de eius obitu carmen ſcripſiſſe,cuius rei meminit Plutarchus in conſolatione ad Apollonius, et Suidas. Scęna magna,Magno theatro,ē hominum frequentia. Non paucis teſtibus. Quia multos habebis teſtes tuę erga me fidei. Virtutibus iſtis.Tuis miris laudibus quas de te prędico.

Non paucę,Imno multę foeminę. Volent carpere tua facta,Volent propter inuidiam tibi detrahere. Quarum tu preſſa, Ordo eſt. Tu preſſa

Philetas
Battis
Locus Ouidij
Antimachus poeta
Lyde.

ne linor quaq; poſſit dicere et reliqua. Hęc eſt lẽ. Hęc eſt dura et tarda. Proper. Hoſtibus eueniat lenta puella meis. Miſeri vi. Mariti infoelicis et relegati. Cumq; ego defi. Et cum mihi vires deſint. Nec poſſim du. cur. Nec poſſis tanq̃ auriga currum ducere, hoc eſt nec poſſim rebus meis pęeſſe, q2 ab vrbe abſum, Eſt aũt ſimilitudo ab auriga ſumpta. Debile iu. Res meas debiles et afflictas. Ad me. ſpe. Ad te ꝯfugio, tãq̃ ęgrota ad medicum. Venis fu. Deficiente ſpiritu et ſanguine, q̃ ſimilitudine annos dicit occidere et ſenſis labi, et par vitę ſibi ſupereſſe. Dum vlti. ps ani. Dum vltima ps vitę. Ades. Faueas mihi. Si te ma. ipſe vale. Si te potẽtior eẽs. Refer, Redde. Socialis amor, Amor ꝯiugij. Foedusq; maritum, Et maritalis copula. Exigis hoc, Requiris et expoſcis hoc vt mihi opituleris. Hoc do. debes, Familię tuę, quę erga ſuos officioſa eſt, fidem debes imitari. De qua cen. De qua numeraris i cenſu, Vnaqueq; enim familia et domus ppt̃ cenſebat a Cenſoribus ſingulis luſtris, Vnde apud Liuiũ crebro legimus. Cẽſa ſũt ciuium capita, et Cenſum ꝯdidit. Vt illas non ma. offi. Debes ſ quis domui tuę hoc ſcis, vt non magis illã venereris faciẽdo q̃d debes erga oẽs et maritum potiſſimum, ſed & viuendo ꝓbitate. q. d. oporꝫ vt non ſolum appareas, ſed & ſis ꝓba erga maritum, ſi vis familię tuę moribus reſpondere. Niſi eris laudabilis vxor, Niſi fueris marito fida & beniuola ita vt digna ſis laude. Non poterit credi martia culta tibi. Martia (auctore Plutarcho) filia fuit Philippi, quam Cato poſterior vxorem duxit poſt diuortium Attilię, eam deinde ille. Q. Hortenſio ꝯceſſit, de qua multa Luca. Hanc igit̃ vt caſtiſſimam matronam coluit vxor Ouidij, de qua in fine operis plura dicemus. Nec ſumus indigni Dignus ſum inq̃t cui opem feras. Nec nul. gra, Aliqua gratitudo. Meis meritis, Meis erga te officijs, quia fui erga te officioſus, ergo debes parẽ gratiam referre. Redditur, A te pręſtatur. Grandi cum foenore, Quia plus pręſtas mihi q̃ acceperis. Si cupiat lędere, Si velit te offendere. Rumor, Mala aliqua de te phama. Prioribus factis, Prioribus meritis erga me tuis. Pro no. ma. Pro meis incõmodis, et hoc meo exilio. Vt ſis ambitioſa, Vt ſis captatrix fauoris et miſericordię, Ab ambitione enim deducitur Ambitioſus, Significat autẽ ambitio aliquando vt hoc in loco ſpeciem quandã fauoris et captationẽ miſericordię, Quintilianus. Non ſum ambitioſus in malis, nec lachrymarum augere cauſas volo, vt inãque eſſet ratio minuendi, vel certe vt ſis cupida famę et laudis, tu. dicaris coniunx. officioſa in his meis malis. Tellure minus infeſta, In terra minus tumultuoſa & hoſtibus expoſita. Cauſa nec officij, Sĩ hoc mihi inquit pręſtiteris, nullam officij tui partem deſiderabo. Sed non tamen inuidioſa rogãti. Sed tamen nullam tibi inuidiam et detractionem, ſeu odium conciliatura, quia nemo ne Auguſtus quidẽ te odio proſequetur, ſi viderit te pro marito officioſam & petentem mitius exilium. Vtque ea nõ teneas, Et quamuis non obtineas quę pro me petis. Tuta repulſa tua eſt, Si reijcieris re infecta, nihil ob id tibi mali continget. Nec mihi ſuccenſe, Nec mihi iraſcaris. Vt facias quod facis, Vt mihi opituleris quẽadmodum facis. Teq; imitere, Et rogo etiam vt velis mores et naturam tuam imitari, quę ſolet ſponte ſemper de omnibus benemereri. Fortibus aſſueuit. Quemadmodum in bello Tubicen cantu fortes milites accendit, et bonus etiam imperator oratione alacriores reddit ſic ſe dicit eo modo vxorem ſponte incitatam etiam hortari. Tua probitas. Tui mores. Sit virtus etiam. Virtutem appellat fortitudinem

Ambitio

Ambitioſus

Martia

Sic tua non paucę carpere facta volent.
Quã adiuuã, tu pręſta, ne linor dicere poſſit,
Hęc eſt pro miſeri lenta ſalute viri.
Cumq; ego deficiã, nec poſſim ducere currũ,
Fac tu ſubſtineas debile ſola iugum,
Ad medicum ſpecto venis fugientibus ęger,
Vltima pars animę dum mihi reſtat, ades.
Quodq; ego pſtarẽ, ſi te magis ipſe valerem,
Id mihi cum valeas fortius ipſa, refer.
Exigit hoc ſocialis amor foedusq; maritum,
Moribus hoc coniunx exigis ipſa tuis.
Hoc domui debes, de qua cenſeris, vt illam
Non magis officijs quam probitate colas.
Cuncta licet facias, niſi eris laudabilis vxor,
Non poterit credi martia culta tibi.
Nec ſumus indigni, nec ſi vis vera fateri,
Debetur meritis gratia nulla meis.
Reddit̃ illa q̃dem grandi cũ foenore nobis,
Nec te ſi cupiat lędere rumor habet.
Sed tamen hoc factis adiunge prioribus vnũ,
Pro noſtris vt ſis ambitioſa malis.
Vt minus infeſta iaceam tellure laborã,
Cauſa nec officij pars erit vlla tui.
Magna peto ſed non tamen inuidioſa rogãti,
Vtq; ea non teneas tuta repulſa tua eſt.
Nec mihi ſuccenſe, totiens ſi carmine noſtro.
Quod facis vt facias, teq; imitere rogo.
Fortibus aſſueuit tubicen prodeſſe, ſuoq;
Dux bene pugnantes incitat ore viros.
Nota tua eſt probitas, teſtataq; tempus i oẽ,
Sit virtus etiam non probitate minor.

Nec tibi Amaçonia ē pro me ſuméda ſecuris,
Aut excisa leua pelta gerenda manu.
Numen adorandū eſt, nō vt mihi fiat amicū.
Sed ſit vt iratum ꝙ fuit ante minus.
Gratia ſi nulla eſt, lachrymę tibi gratia fiant.
Hac potes aut nulla parte mouere deos.
Quę tibi ne deſint bñ per mala noſtra cauet,
Deq; viro flendi copia diues adeſt,
Vtq; meę res ſunt, omni puto tempore flebis,
Has fortuna tibi noſtra miniſtrat opes.
Si mea mors rediméda tua, qđ abominor eēt,
Admeti coniunx quam ſequereris, erat.
Aemula. penelopes fieres, ſi fraude pudica
Inſtantes velles fallere nupta procos.
Si comes extincti manes ſequerere mariti,
Eſſet dux facti laodomia tui.
Hyphias ante oculos tibi erat ponéda volenti
Corpus in accenſos mittere forte rogos.
Morte nihil opus eſt, nihil icariotide tela,
Cęſaris at coniunx ore precanda tuo,
Quę preſtat virtute ſua, ne priſca vetuſtas,
Laude pudicitię ſęcula noſtra premat.
Quę veneris formam, mores Iunonis hñdo,
Sola eſt cęleſti digna reperta thoro.
Quid trepidas ꝯ adire times? non īpia progne.
Filia ne ęętę voce monenda tua eſt.
Nec nurus egyſthi, nec ſęua agaménōis vxor.
Syllaq; quę ſiculas inguine terret aquas.

et aiunt dādo ſibi auxilium apud Imperatorem.

Amaçonia ſecuris, Securis qua in bello Amazones vtebant, poſuit ſpēm p gñe, nā p ſecuri arma intelligit. Aut pel. exci. Aut ſcutū ad ſimilitudinē lunę iā medię quo amazones vtebant et peltā appellabant. exciſum. Lęua ma. Manu ſiniſtra qua ſcuta geſtabāt. Numen ado. eſt, Per numen Auguſtū intelli ge. Docet aūt qd ab vxore fieri debeat.

Lachrymę ti. gra. fi. Incipias lachrymis apud Imperatorem agere, quę erūt loco gratię, tunc. n. flectet ad miſericordiā ē eo pacto oia ꝙ voles obtinebis. Hac parte. His lachrymis. Aut nul. Aut nulla alia re. Mouere de. Flectere ad miſericordiam īperatorē. Quę ti. ne deſint, Ne illę lachrymę deficiant.

Bene p ma. no. ca. Bene prouidet p mea mala, ꝙ ſi in memoria habuens et ante oculos ſuppetent tibi lachrymarū flumina. Flendi de vi. Plorādi de calamitatibus mariti Ouidij. Et di. co. Et multiplices acerui. Vt meę res ſunt. Quēadmodum res meę ſunt triſtes et flebiles. Oi tpe. Toto tuę vitę ſpatio. q. d. non mō in pñtia qum pro me Auguſtum orabis ſuppeditabūt lachrymę, ſed toto vitę tuę tpe Has opes, Quaſi dicat debuiſſet tibi fortuna mea diuitias aliqs ſuggerere, ſed p his lachrymas tribuit. Tua, Scilicet morte. Quod abo. Quod deteſtor vt mortē meā tua redimas.

Alceſtis Admeti co. Alceſtis Pelię filia vxorq; Admeti regis ita maritū amauit, vt p eo mori nō dubitarit, cuius egregio facinore dij delectati ei vitā reddidere, vt docet Plato, Fabulā in. iij. de arte amādi plenius diximus in Enarratiōe eius vſus. Fata Pheretiadę coniunx pagaſęa redemit. Quā ſe. Quā imitareris. Æmula pe. fie. Fieres eiuſdē rei ſtudioſa, cuius fuit Penelope. Fraude pu. Penelope coacta

Penelope multis pcis eā vxorē petentibus abſēte marito alicui nubere ſe id qdem facturā recepit, ni Vlyſſes veniret toto eo tpe quo telā cęptā abſoluiſſet, hac āt inter eos eluſit, qđ. n. die toto laborauerat, id noc

cte retexebat, Interim Vlyſſes rediit et Penelope eo aſtu fidem marito ſeruauit et hita fuit pudiciſſima. Inſtantes p. Procos te vxorē petentes quēadmodū Penelopen. Manes extin. ma. Manes mortui Protheſilai cuius Fabulā Et eius vxoris Laodomię abunde diximus in Enarrationibus ī Ouidiū de arte amādi. Hyphias añ oc. Euadne Iphię filia ſe in ardētem Capanei mariti rogum ob nimium amorem pcipitauit. Oui. Accipe me Capaneu cineres miſcebimus inqt Hyphias, in medios deſiluitq; rogos. Erat po. Eēt locanda. Forte cor. Robuſtū tuū corpus. Icariotide tel. Tela et fraude penelopes Icarij filię. Cęſaris co. Liuia Auguſti vxor. Quę prę. Quę Auguſti vxor facit. Virtute ſua, Propria pudicitia. Ne pri. ve. Ne priſcę foeminę. Premat no. ſę. Vicāt nr̄a ſęcula.

Quę ve. for. Subaudi ab īferiori hñdo. Eſt aūt magna Liuię laus, qum eam dicat pulchritudine veneri, moribus vo Iunoni cōparandā. To ro coele. Lecto Diui Auguſti. Impia p. crudelis Progne Terei vxor, ꝙ filiū Itim pri epulandū appoſuit in vltionē ſororis Philomenę quas ille violauerat, vt nota eſt Fabula Ouidij Meta. Monumētis. Filia Æętę. Medea. filia Æętę regis Colchoꝝ. Non eſt mo. tua vo. Non eſt pro me a te oranda, Quaſi dicat alloqueris tu qdem foeminam prſus ab oī crudelitate alienā. Nec nu. ęgyſthi. Nec aliqua Danaidū quę maritos oēs vna nocte occiderunt pter Hypmeſtram quę maritum ſeruauit. Nec ſęua Agamemnonis vxor, Nec crudelis Clytemneſtra, ꝙ Agamemnonem maritū occidit vt vulgo notum eſt.

Scyllaq; Subaudi non eſt roganda, De Scylla aūt mutata in monſtrum marinum ac eius forma abunde diximus in enarrationibus in Ouidiū de remedio amoris. Terret in Perterrefacit capitibus caninis circa inguina. Vergilius. Aut quam fama ſecuta eſt Cādida ſuccinctā latrantibus īguina mōſtris Dulichias vexaſſe rates et gurgite ī alto Ab timidos

midos nautas canibus laceraſſe marinis. Telegoni ue parens. Subaudi nō eſt rogāda. Circen āt dēſignat, ex q̄ua et Vlyſſe natū ferūt Telegonū. Vertēdis ſi Mutādis hoībus in monſtra, vt notū eſt poetarum carminibus. Nexa co. no. an. Habens capillos angu bus iplexos. Fingūt. n. poetę Meduſę capillos

manifeſto dedncūt, e phano oracula et rñſa manifeſtabantur, vnde et pro phetę dicti ſunt antiſtites phanorum et oraculorum interpretes. Nullus dolor populi, Nulla alicuius populi clades aut rebellio. Contrahet ora, Corrugabit faciem pre moeſtitia, Dolor enim faciem contrahit, lętitia diſtrahit, Prophetę

Telegonive parens vertendis nata figuris
Nexaq; nodoſas angue meduſa comas.
Foemina ſed princeps, i qua fortuna videre
Se probat, & cęcę crimina falſa tulit
Qua nihil in terris ad finem ſolis ab ortu,
Clarius excepto cęſare mundus habet.
Eligito tempus captatum ſępe roganti,
Exeat adverſa ne tua navis aqua.
Non ſemper ſacras reddunt oracula ſortes,
Ipſaq; non omni tempore phana patent.
Cū ſtatus vrbis erit, qualē nunc auguror eē,
Et nullus populi contrahet ora dolor.
Cum domus auguſti capitoli mo. . colenda,
Lęta quod eſt, & ſit plenaq; pacis erit.
Tunc tibi dij faciant adeundi copia fiat,
Profectura aliquid tunc tua verba putes.
Si quid agit maius differ tua cępta, caveq;
Spem feſtinando pręcipitare meam.
Hęc rurſus iubeo, dū ſit vacuiſſima quęras,
Corporis ad cultum vix vacat illa ſui.
Curia cum patribus fuerit ſtipata verendis,
Per patrum turbam te quoq; oportet eas.
Cum tibi contigerit formam iunonis adire
Fac ſis perſonę quam tueare memor.
Nec factū defende meū, mala cauſa ſilenda ē,
Nec niſi ſollicitę ſint tua verba preces.
Tūc lachrymis demēda mora, ſūmiſſaq; ter (rę
Ad non mortales brachia tende pedes.
Tu pete nil aliud, ſęuo niſi ab hoſte recedam,
Hoſtem fortunam ſit ſatis eſſe mihi,
Plura quidē ſubeunt, ſed tu turbata timore,
Hęc quoq; vix poteris ore tremente loqui.

quibus max me placebat a pallade i angues mutatos, ppterea q̄ i eius tēplo cū Neptuno concubuerat, vt alibi plenius diximus, ſubaudit aūt p ola nō eſt rogāda. Foemina ſed princeps, Sed Livia foemina aut primaria, aut pricipis Auguſti vxor et ſubauditur ē rogāda. In qua fortuna videre ſe pbat, In qua foemina fortuna oñdit ſe videre, et nō cęcā eē vt ferūt, quā qdem foeminā dignā pbitate et nō temere ad principatū extexit. Cur aūt fortuna a poetis fingatur alibi diximus. Et tulit fal. cri. cę. Falſo cęca appellata fuit. Ad finē, Ad occaſum Clarius Nobilius ipſa Livia. Excepto cęſare, Excepto Auguſto Captatum ſępe, Sępe alias aū alus in rebus captatū aut certe hac in re cępimus a te captatū et quaſi tentatū, ſed timore relictū. Rogāti exeat adverſa, Rationem aſſignat, quare eligēdum ſit tps ad id idoneū quum pro marito rogabit. potes enī participium illud rogāti iiungere cū ſupiori carmine, vt ſit ſenſus. Eligito tps ſępe a te pro me volenti rogare alias ante captatū. Ne tua navis, Ne tua materia et ſermo. Aq̄ ad Aqua ꝯtra, Qui. n. navigat adverſo flumine plerūq; reijcit, Innuit ꝗ p hanc ſilitudinem ab vxore cautius agēdū, ne forte res retrolabatur. Sacras ſor Sacra rñſa. Ipſa fana. Ipſa tēpla. Dicta ſunt aūt fana a fando q2 dū pōt. Max. ea dedicat, certa verba fatur, Sive a Fauno vt Marianus et probus grāmaticus, vñ Fanaticus q circū fana furore vaticino afflatus bacchatur, et caput iactat, et per furorē rñſa dat, Alij Phanū cum ph. aſpiratio ſcribunt et a φαίνω, quod eſt illuſtro et Fana Fanaticus

Capitoli more, Eo modo quo Capitolius qd non colebatur, niſi quis triūphabat, aut in publica aliqua lętitia, ex quo deſignat tunc tps fore verba de ſe faciendi apud Liviam, quum videris in ędibus Auguſti eſſe lętitiā aliquā, qualis eſſe ſolet in Capitolio, Capitoli autem pro Capitolij tē quēadmodū Maro in bucolicis ait, Nec cura peculi, Eſt autem ordo. Quum domus Auguſti erit colenda more capitoli, q eſt lęta et plena pacis et ſit ſubaudi lęta. Lęta q eſt, Quia dixerat nunc adeundā Liviā eſſe, quum eius domus fuerit colenda more capitoli, nunc idē apertius exprimit, oſtēdens id fore quū lęta fuerit aliquo ſucceſſu, et plena pacis. Et ſit Et quę domus hēat pacē ſemper. Profectura aliquid, Aliquid mihi opis allatura. Tūc pu. Tūc exiſtima. Dum ſit vacuiſſima, Dū ſit ocioſiſſima et vacua ac libera ab alijs negocijs. Vix va. Vix tps habet. Verēdis pribus, Venerādis ſenatoribus, qui ad Auguſti ędes et curiam gratulabundi in publica aliq̄ lętitia convenire ſoliti erāt. Per turbam patrum, Per ſenatorum multitudinē dū ad Liviā vadis. Formā iunonis, Formā Livię quā iunoni comparat, quēadmodū aliqñ. iovi Auguſtum. Perſonę Ovidij. Mala cā, Infirma hęc mea defenſio, Difficile enī defendimus reum iudici infenſum. Niſi ſolicitę patres, Niſi preces ſolicitudinis plenę. Tunc lachrymis dementia mora eſt, ſtatim incipies flere ſine vlla cunctatione. Sūmiſſaq; terrę, Et tu ad terrā inclinata ac prona, vt facilius flectas Livię alius Ad pe. nō mor Ad divinos Livię pedes. Ab ſęvo ho. Ab imani ſcytharum

truculentia,et terris. Fortunã eſſe mihi hoſtẽ. Habere fortunã ſoli inimicã et nõ ſcythas ẽt. Hęc q̃s, Hęc ẽt q̃ a me dicta ſunt tibi Liuię p me referẽda.
Hęc nõ fore tibi dãno. Hęc quę vix dices ore tremente nullo te dãno afficient. q: tremor ille indicabit quãdã erga illã venerationẽ. Scindentur fletu, Abrũpent̃ et cęſſabunt lachrymando ſolũ. Pondera vocis, Vis verboꝝ. Lux bona, Dies fœlix et nõ atra, aut infauſta. Horaq; cõueniẽs, Et hora apta, hoc eſt nec nimis matutina, aut veſpertina, aut qua aliqd agit liuia. Auſpiciũq; fauẽs, Et proſpero captato ẽt Augurio, et ſubaudit̃ p oĩa verbũ adſit. Ad magnos deos, Ad Auguſtũ et Liuiã. Progenieq; piã, Et pios liberos. Participeq; tori, Liuiã vxorem. Solito more, Quẽadmodũ ſolet olim. Nõ du. vultu. Placidis vultibus.
In .ij. Epl'am enarrati.

Quam legis a nobis, Ad Cottã romanũ ſcribens, eius fidẽ laudat poeta, q; cum alij amici in rebus aduerſis deſeruerint, ipſe ſemp in amicitię firma opinione permãſerit, cuius merita dicit futura ſibi ſemper in memoria quo ad vixerit ac etiã poſt eius mortem, ſi modo eius ſcripta ad poſteros peruenerint, Deinde capta occaſione dũ apud Getas ſuam cum Cotta amicitiã laudat, quẽdã ſenẽ inducit narrantẽ nomẽ ipſius amicitię in locis illis notũ eſſe Oreſtis et pyladis exemplo, qui ad regem Thoantem peruenere, poſtremo colligit minime mirandũ eſſe illum natũ in vrbe Tomitana amicitię eſſe q̃ obſeruãtiſſimũ, q̃ndẽ eius nomẽ vel barbaris ſit in ſumma veneratione, Hnc ẽt accedit, q; his pgenitoribus oriũdus eſt, vt nihil niſi ſanctũ et dignũ expectãdũ ſit, Eſt aũt ordo talis, O Cotta p̃cor vt ſalus vere ſit miſſa pueniatq; q̃ ſalutẽ legis miſſã tibi a nobis. Salutẽ mis. a no. Solemus. n. in epiſtolis eos ſalutare ad quos ſcribimus. Miſſa ſit vt vere, Vt vere ſaluus ſis, nec mẽdax fuerim in mittẽda ſalute, Salus. n. vere dĩ mitti, qum ille ad quẽ ſcribimus recte valet quẽadmodũ optamus. Nanq; meis ſo. Cãm aſſignat, quare velit illum eſſe incolumem. Meis cruciati. Meis doloribus. Multũ aufers, Multũ adimis q: ſpero te incolumi te mihi fautorẽ apud Augu. Pars bo. Vxor et fortunę meę, vel certe ps bona hoc eſt magna pars mei. Labit, Corruit, a verbo labo labas, Vergili. Labat ariete crebro. Ianua. Iactataq; vela relinquãt, Et deſerunt vela a vẽtis agitata p vela aũt amicitię fidẽ et offĩm intellige. Sola ancho. Solũ munimen et pſidiũ. Ignoſcimus illis, Parcimus illis amicis. Qui cum fortuna, Qui vbi meã fortuna pſtratã et relegatũ videre cęperũt fugere. Qum feriant vnũ Qum aliquẽ, hoc eſt me percuti tãl. Nõ vnũ. Nõ a ſolũ. Iunctaq; per. uſſo turba, Et turba huius pximi ei, quẽ fulmen p̃cuſſit. Solet pauere, Solet timere, ne fulmen ẽt ſe percutiat, qđ Cottã nõ feciſſe laudat. Cũq; dedit paries, Et cũ paries cęp t ſcindi et ruinã minari. Solicito metu, Timore? qui hoĩes ſolicitos reddit. Fit vacuus, Deſerit̃ nõ habitat̃. Quis e timidis Quis meticuloſus. Nõ vitat ptagia ęgri, Nõ fugit morbũ ptagioſum. Vicinum ma. Morbũ ppinq ęgroti, ſolemus. n. cũ ẽet nõs morbũ phere, qum illi ppiq̃mus, q eo morbo laborat, quẽ ptagioſum appellant a ſimul. n. et tãgẽdo fit ptagiũ. Nimio ter. Nimio Auguſti metu, Terror aũt eſt qui ab alijs infertur extrinſecus, Metus vero q eſt in nobis ipſis, et qui nõ aliũde infert̃ ſed e nobis generat̃. Quidã amicoꝝ, Aliq amici. Deſtituere, Deſeruere. Pietas, Amor erga me amicũ. Officioſa. Plena officii erga me. Aduerſos deos, Cęſarẽ Auguſtũ mihi prũ. Legit̃ ẽt auerſos, hoc eſt iratos. Vergili. Auerſa deę mens. Viq; magis canti. Et quẽadmodũ inquit amici mei, qui me deſeruere, timentes ne in eos ſęuiret Auguſt. mea cã

Suſpicor hęc dãno fore non tibi, ſentiet illa
Te maieſtatem pertimuiſſe ſuam.
Nec tua ſi fletu ſcindentur verba nocebit,
Interdum lachrymę pondera vocis habẽt
Lux etiam cęptis facito bona talibus adſit,
Horaq; cõueniens, auſpiciũq; fauens.
Sed prius impoſito ſanctis altaribus igne,
Tura fer ad magnos, vinaq; pura deos.
E quibus ante omnes auguſti numẽ adora,
Progenieq; piã, participemq; tori.
Sint vtinã mites ſolito tibi more, tuasq;
Non duris lachrymas vultibus aſpiciant.

Ad Cottam.

Quam legis a nobis miſſam vbi cotta ſalutem,
Miſſa ſit vt vere, perueniatq; p̃cor
Nãq; meis ſoſpes multum cruciatibus aufers.
Atq; ſit vt nobis pars bona ſalua facis.
Cũq; labent alij, iactataq; vela relinquant,
Tu lacerę remanes anchora ſola rati.
Grata tua eſt igitur pietas, ignoſcimus illis,
Qui cum fortuna terga dedere fugę,
Qum feriant vnũ, non vnũ fulmina terrent
Iunctaq; percuſſo turba pauere ſolet.
Cũq; dedit paries venturę ſigna ruinę,
Sollicito vacuus fit locus ille metu.
Quis non e timidis ęgri contagia vitat?
Vicinum metuens ne trahat inde malũ.
Me quoq; amicoꝝ nimio terrore, metuq;
Non odio quidam deſtituere mei.
Non illis pietas, non officioſa voluntas
Defuit, aduerſos extimuere deos.

Poſſunt notari cauti et timidi. Sic appellari, Sic nõ debit dãnari tãq̃ mali et accuſari tãq̃ nocentes Cãdor, benignitas mea. Vtq; hẽant nul. cri. d me. Et vt l me nimie peccaſſe videãt, vel et vt mea cã nulli criminu ſunt obnoxij. Sint hi cõt. ve. Amici q me deſeruere pœniteãt me illis ignoſcere, nec de eis q̃ri. Signẽtq; li. pur ga. ſu. Et permutat, q̃ nil oñdant eo℞ crimẽ me teſte dignũ eſſe ex cuſatione, legit̃ et ſugi antq; licebit, vt ſit ſen ſus. Et liceat his q non ſunt cõtẽti venia nol le peccatũ ſuũ purgari me teſte, Quaſi dicat ſi qui cõſulto, nõ timore me deſeruerunt et no lint excuſari; et ſibi ig̃ſci, merito accuſent ſuperior tñ lectio ma gis placet, lʒ iñ aliter vt notaui legatur in vetuſtiſſimo exẽplari meo. Eſtis melior pars, Eſtis magis laudãdi, tanq̃ mihi fidi amici, Vel eſtis potiores in ſer uanda mihi fide, q̃uis pauci ſitis, aut certe di cit amicos paucos fu iſſe, q tanq̃ meliores in fide permãſerunt, vt ſit ordo. O pauci eſtis melior pars. In rebus arctis in rebus meis afflictis et diffi cilibus. Morietur, Tradet obliuioni. Fa ctus ero cinis, Cõbuſtũ fuerit cadauer meum, hoc eſt quum ad mortẽ puenero. Abſum pto corpe, Peẽpto cor pe. Fallor, Deci pior, dicendo gratiã merito℞ vro℞ duraturam tm̃ ad morẽ meã. Et illa meę ſuperabit tpa vitę, Etiam illa gratia veſtre in me fidei et officio℞ diuturni or erit vita mea. Legar, Legent monumenta et carmina mea, veſtra in me merita teſtantia. Cor pora debentur, Docet ſola cadauera igni abſumi, Famã vero et gloriam nominis nullo tpe interire affirmat. Et qui comitauit oreſtem, Et pyladẽ, qui oreſtem in Tauricã regionem proſecutus eſt. In ſu. lau. In gloriã tantę amicitię, quę fuit in ter eos, Vel in laudes vtriusq; ſcilicet Theſei et pyla dis. Seri nepo Futuri ſucceſſores et poſteri. Etiã laudabunt vos, Etiã laude proſequent amicitiã no ſtrã, et vos qui permãſiſtis in fide laude dignos iu dicabũt. Sauromatę, Populi illi ſcytici, qui ita a grecis, alias ſarmatę appellant. De his et Getis plu

ra diximus in Enarrationibus in Ouidium de triſtibus. Tales alos, Animos tam fidos et cõſtantes. In illo cętu, In ea viro℞ corona, vbi amicitię ve ſtrę cõſtantiã prędicabã. Hoſpes, O peregrine Ouid. Procul a vobis, Longe a romana ciuitate. Al ter et orbis, Et altera regio, Legitur etiam hoc car mẽ ſic. Quos procul a vobis barbara terra te net, ſcythia, quem poe ta inducit referentem amicitiam Py. Eſt lo cus in ſcythia, Hęc eſt narratio ſenis cuiuſ dã pyladis, et Oreſtis, quos i Tauricã regio nẽ veniſſe dicit, vbi re gnabat Thoas. Tau ros dixere priores, Taurica regio (auctore Plinio) in ſcythia eſt, et a Carcinite inci pit, quondam mari circũfuſa et ipſa quaq; nunc iacent cãpi, De inde vaſtis attollitur iugis, Triginta fuere eo℞ populi, Totum dñt Taurica tractum illum Tauri regio ci ſcythę et ſarmatę te Taurica nuere, Et cherroneſſus vnde ap ipſa Tauroſcytarum pellatur fuit et Taurorum vt docet Plinius, ob id igi tur peninſula, et Scy- Arciſolitę thica et Taurica dici Arſilachi ſolet, Taurica aũt ap- Dianę ho pellatur regio a Tauri mines i- cis Scythię montibus, molabãt quo℞ meminit Dio nyſius et Herodotus li bro quarto, vbi de Ta urica ita inquit, Ab iſto hęc iam vetus ſcy thia eſt ad meridiem verſus auſtrum pro poſita vſq; ad vrbem Carcinitidẽ, eius deinceps, qđ ad mare fert mõtoſę regionis, et in pontum por rectum, incolit gẽs Taurica cherroneſſo tenus no mine Trechea idest aſpera, Hęc ad mare pertingit, q ad ventum ſubſolanum vergit, Sunt finium ſcy thię partes duę ferẽtes ad maria, vna ad meridia nũ, altera ad oriẽtale quod ad modũ Atticę regio nis, atq; ſimilium, q ſic parte ſcythię Tauri incolunt, vt ſi atticę iugum ſuniacũ alia gens nõ athe nienſis incoleret et reliqua, populi aũt Tauricę re gionis vbi colebatur Diana dicebãtur Arciſolitę, ſeu potius Arſilachi, ſcribit enim Ammianus Arſi lachen ſiue Orſilachen a barbaris, qui circa Tauri cã fuere Dianã vocari, cui deę ſeruit imolabãt ap pulſos, et capita parietibus fani cõfigebãt, Et Pom ponius Mela. Inimanem inquit famã habẽt ſolere

Vtq; magis cauti poſſunt timidiq; vocari,
Sic appellari non meruere mali.
At nimius excuſat charos ita candor amicos,
Vtq; habeãt de me crimina nulla facit.
Sint hi contenti venia ſignentq; licebit
Purgari factum me quoq; teſte ſuum.
Pars eſtis pauci melior, qui rebus in arctis
Ferre mihi nullam turpe putatis opem.
Tunc igitur meriti morietur gloria veſtri,
Cum cinis aſſumpto corpore factus ero.
Fallor, & illa meę ſuperabit tempora vitę,
Si tamen a memori poſteritate legar.
Corpora debentur męſtis exanguia buſtis,
Effugiunt ſtructos nomen honosq; rogos.
Occidit et theſeus, & qui comitauit oreſtem,
Sed tamen in laudes viuit vterq; ſuas.
Vos etiam ſeri laudabunt ſępe nepotes.
Claraq; erit ſcriptis gloria veſtra meis.
Hic quoq; ſauromatę iam vos nouere, getęq;
Et tales animos barbara turba probat.
Cũq; ego de veſtra nuper probitate referrẽ,
Nam didici geticę, ſarmaticeq; loqui.
Forte ſenex quidam, cętu cum ſtaret in illo,
Reddidit ad noſtros talia verba ſonos.
Nos q̃3 amicitię nomẽ bñ nouimus hoſpes,
Quos procul a vobis alter & orbis habet,
Eſt locus in ſcythia, tauros dixere priores,
Qui getica longe non ita diſtat humo.

pro victimis aduenas cedere, Vñ non immerito Valerius Flac. ſęuā appellauit Dianā, quum dixit. Taurorū q; locos, delubraq; ſęua dianę et Iune. Męoti, dę ſęuior ara. Ægyptus, quippe illa nephādi Taurica ſacri. Inuētrix, hoies vt iam q̄ carmina tradūt. Digna fide credas im̄ imolat, vlterius nil, Aut grauius cultro timet hoſtia.

boſphoro, atq; ex multis aliunde locis, q̄ adeo ex altę paludē replet, vt non poſſit in ſua labra contineri, ſcri, Stra. Męotida paludē iacere ad aglōnē ſtad. nonē milliū aut paulo plurū circuitum hñs, Hęc āt penes Boſphorū, quem immeriū appellant in pōtum effluit. Męotis āt facit gtm̄ męotidis, vt doris doridis.

Hac ego ſum terra, patrię nec pęnitet ortus,
Conſortem phębi gens colit illa deam.
Tēpla manent hodie vaſtis innixa colūnis,
Perq; quaterdenos itur in illa gradus.
Fama refert illic ſignum cęleſte fuiſſe,
Quoq; minus dubites ſtat baſis orba dea.
Araq; quę fuerat natura candida ſaxi,
Decolor a fuſo tincta cruore rubet.
Fęmina ſacra facit tęda nō nata iugali,
Quę ſuperat ſcythicas nobilitate nurus,
Sacrifici genus eſt ſic inſtituere priores,
Aduena virgineo cęſus vt enſe cadit.
Regna thoas habuit męotide clarus in ora,
Nec fuit euxinis notior alter aquis.
Sceptra tenente illo liquidas feciſſe p auras,
Neſcio quam dicunt iphigenia iter.
Quā leuibus vētis ſub nube p ęquora vectā
Creditur his phębe depoſuiſſe locis.
Pręfuerat templo multos ea rite per annos
Inuita peragens triſtitia ſacra manu.
Cum duo velifera iuuenes venere carina,
Preſſeruntq; ſuo littora noſtra pede.
Par fuit his ętas, & amor, quorū alter oreſtes,
Alter erat Pylades, nomina fama tenet.
Protinus immitem triuię ducuntur ad aras,
Euincti geminas ad ſua terga manus,
Sparſit aqua captos luſtrali graia ſacerdos,
Ambiat vt fuluas infula longa comas.

Qui gens. a. l. n. i. d. b. Quę tellus Taurica nō nimis longe remota ē a getis. Hac ego ſum terra. Hęc regio inqt Taurica eſt mihi natale ſolum. Cōſortē phębi. Sororē phębi h̄ eſt Dianam. Innixa, Suſtentata. Per q̄ter. gr. Per gradus. xl. ex quo templi altitudinē ē magnificētiā demōſtrat. Signū cę. Statua Dianę. Stat baſis. o. d. Baſis reſtat ſola orbata ſimulachro Dianę qđ abſtulit Oreſtes fugiēs cū Iphigenia, et Ariciam portauit vt Ser. docet, Eſt āt Baſis ſeſſio colūnarū, ſeu ſimulacrorū pedamenta. Natura ſaxi, E marmore, cuius nā fuerat cādida. Decolor, Alterius coloris. A fuſo cruore, A cruore interfectorū hoſpitū, qui illic deę mactabant, cūm āt aduenas Dianę ſacrificandi docet Herodo. in. v. li. Nō nata tęd. iu. Nata ex illecto coniu legit etiā (qđ magis pla et) Tęda nō nupta iugali, h̄ eſt virgo et ſine marito.

Himantis himādis vñ ſupius dixit Ouid. Nec mihi tiphys erat, rector nec himāde natus, Vbi obiter emenda qđ ſupra diximus et locum illū himāde natū ñ eē patronymicū ſ imo, ſed p natū himādis mopſum intellige filiū Apollinis et Himantidis. In aqs euxinis, In aqs maris Euxini de quo alibi abūde diximus. Per liqdas auras, Per purā aera, Nota eſt fabula erep. āq; Iphigeniā Dianę ſacrificandā, et a dea delatā p aera in Tauricā regionē, ceruamq; p ea ſuppoſitā, vt Seruius docet. Phębe. Diana. Pręfuerat, Prępoſita fuerat Iphigenia tēplo illi Tauricę Dianę. Inuita manu, Manu recuſante eam crudelitatem. Sacra triſtitia, Sacra plena triſtitię, vt pote in quibus hoīes mactabantur. Protinus ducūtur ad aram immitē, Statim mactandi. Dianę ad templū producunt. Euincti geminas, Erat enī ꝯſuetudo,

Quę ſupat no. Quę ē nobilior gñe, hmōi enī eligebat Dianę ſacerdos in Taurica regiōe. Sacrifici ge. eſt, Genus ſacrificij, qđ Dianę offerē, Eſt āt ordo, Genus ſacrificij eſt ut aduena cęſus et reliqua. Vt aduena cęſus, Vt peregrinus interemptus. Enſe v̄gineo, Enſe et cultro virginis ſacerdotis. Regna tho. ha. Regnabat in Taurica tunc tpis Thoas. In ora, Męotide, In regione Męotidi paludi ꝯtermina. Eſt āt Męotis, ut docet Strabo li. xi. et Pli. li. vi. Lacus in Scythia, q tanaim recipit de qua ita ēt ſcri. Herodotus. Pontus paludē hāc influentē in ſe nō multo q̄ ipſe ē minorē, q̄ Męotis appellat, et mr̄ ponti, Dionyſius q̄q; ita refert, Hęc ē palus illa, quā circū icolūt ſcythę, q̄ue ponti matrem appellāt, ob id maxīe, q multa ide in eum effluat aq̄ diſtracta potiſſimū ex Cimmerio

ſuẽdo, ut ita victimę et hoīes ꝑſertim ligarent, Vñ ſi nō Vergiliāus ita inqt, Eripui fateor lęto me et uincula rupi, Et Iune. Sed procul extenſum petulans quatit hoſtia funem. Sparſit aqua captos luſtrali, Pyladem et Oreſtem immolatura ſacerdos prius aqua aſperſit hoc eſt Mola, quę fiebat de aq̄, horna fruge, et horno ſale, ea enī et frons victimę et foci aſpergebantur et cultri vt docet Seruius, et Ouidius in vltimo meta. aut certe ritum ſacrificantium deſignat, qui antiquā Victimas ſacrificarent, prius eas explorabāt quę ſi nō obſtupiſſent, aptę ꝓbabant Vergilius Ipſa tenēs dextra pateram pulcherrima dido. Candētis vaccę media inter cornua fudit. Graia ſacerdos, Iphigenia gręca. Vt infula longa ambiat, Vt īfula circundet, Erat enī infula (vt Seruius ſcri.) faſcia in modum Diadematis, a

Dūq; parat, ſacrū dum velat tempora vittis,
Dum tardę cauſas inuenit illa morę.
Nō ego crudelis iuuenes ignoſcite dixit,
Sacra ſuo facio barbariora loco.
Ritus is ē gentis, qua vos tamē vrbe venitis
quodq; parum fauſta puppe petiſtis iter?
Dixit, & audito patrię pia nomine virgo,
Conſortes vrbis reperit eſſe ſuę.
Alter vti e vobis dixit cadat hoſtia ſacris,
Ad patrias ſedes nuncius alter eat.
Ire iubet pylades charum periturus oreſtem,
Hic negat, inq; vices pugnat vterq; mori.
Extitit hoc vnu3 quod non conuenerat illis,
Cętera pars concors et ſine lite fuit.
Dū pagūt iuuenes pulchri certamē amoris,
Ad fratrem ſcriptas exarat illa notas.
Ad fratrē mandata dabat, cuiq; illa dabant,
Humanos caſus aſpice frater erat.
Nec mora, de tēplo rapiūt ſimulacra dianę,
Clamq; per immenſas puppe feruntur aqs.
Mirus amor iuuenū, quãuis abiere tot anni,
In ſcythia magnū nunc quoq; nomē hēt.
Fabula narrata eſt poſtquã vulgaris ab illo,
Laudabūt omnes facta piamq; fidem.
Scilicet hic etiam qua nulla ferocior ora eſt,
Nomē amicitię barbara corda mouet.
Quid facere auſonia geniti debetis in vrbe,
Dum tangãt duros talia facta getas?
Adde quod ē animus ſemp tibi mitis, & altę
Indicium mores nobilitatis habent.
Quos voleſus patrij cognoſcat nois auctor,
Quos numa maternus nō neget eē ſuos.
Adiectiq; probet genitiua agnomina cottę,

pullula — mans, a qua vittę ab vtraq; parte depēdebãt. Comas fuluas, Capillos fuluos, hoc eſt, vt poſt explorationē de more factã, redimita infulis ſacrificarētur Dianę. Dūq; parat ſacrum, Et dum pręparat Iphigenia omnia neceſſaria ſacrificio. Dū velat tēpa vittis, Dū caput vittis coronat, Virgilius. Et circum tpa vittę. Cauſas, Excuſationes. Nō ego crudelis, Non ego immitis. Suo loco, Hac terra taurica quę eſt crudelis et ideo ſacra etiã crudelia celebrantur a me tamen non crudeli. Ritus is eſt gentis, Talis mos eſt Tauricis populis Dianę hoſpites immolare. Puppe parũ fauſta Naui parũ felici, quę vos deduxit ad hęc loca vobis et peregrinis infeſta. Noīe patrię, Nomine Mycenarū. Cōſortes ſuę vrbis Eiuſdē patrię, i. qua & ipſa orta fuerat. Vt alter ca. Vt alter moreretur, et intelligit ops, aut aliud verbū ſimile. Ad ſedes pa. In gręciam, Mycenas. Extitit hoc vnū, Hoc ſolū apparuit i tota eoꝝ amicitia. Quod nō ꝯuenerat illis, In quo nō fuerãt ꝯcordes. Cętera pars, Reliquã vitę et amicitię tps. Ad fratrē, Ad Oreſtē, q eũ illic eſſe neſciebat. Notas. Litteras. Nec mora, Subito cognito fratre. Quãuis abiere tot ãni, Quãuis tot anni pręterierit. Fabula vulg. Hic ſermo amoris Pyladis, et Oreſtis vulgo cognitus ſunt aũt mō hęc verba Ouidij, q ſenē ſupradicta narrantē induxerat. Hic, In hac regiōe Taurica. Eſt fero. Eſt magis fera et crudelis. Poſuit aũt ferocē, quod ſignificat forte et aloſum pro fero. Altę nobilita. Quia q̃to hō eſt nobilior, tanto ēt eſt mitior et magis humanus. Quos, Subandi mores. Voleſus auctor patrij nois. A Voleſo. n. paternū genus traxit Cotta. Fuit aũt Voleſus Romanus, vel vt potius crediderit Sabinus, q cū Tatio Romã venit, cuius meminit Plutarchus i vita Numę Pōpilij his verbis. Verba facere, Proculus et Voleſus, quoꝗ prius al- trū regē a populo creãdū expectatio fuerat, poſtq̃dē Romulu, Voleſo vero Tatij partibus fauentibus, ſcribit ēt Dionyſius Halicarnaſeus Tatiū regē Sabinoꝝ, et cum eo tres viros ex illuſtribus familijs romę pmanſiſſe honoribus traditis, qbus adhuc fruebantur eoꝝ genus Valeriū ſcilicet, Volcſum, et Talũ cog nine Tyrannū, et vltimū Metiū Curtium eum q armatus lacum nando transmiſerat. Iune. in Satyra octaua. Voleſos brutoſq; decebunt, ad eū ēt videtur alludere Vergilius, qum ait. Tu voluſe armari volſcoꝝ edīc manimplis. Numa maternus, Secundus rex romanorum Numa Pompilius, a quo per matrem ducebat originem Cotta, ad quem hanc epiſtolam ſcribit Oui. Illud ſciendum Numaꝫ Pōpilium ex Tatia quatuor habuiſſe filios a auctore Plutarcho ſcilicet Pōponium, Pinum, Calpum, Mamercum quoꝝ qlibet ſucceſſionem familię honeſtiq; generis reliquit, Nãq; a Pomponio Pomponij fluxere. A primo Pinarij, a Calpo Calpurnij, a Mamerco Mamercij, qui hanc ob rē et reges cognominati ſunt, Habuit etiam ex altera vxore Lucretia filiam Pompiliam, quę nupſit Martio viro et Numę cognatis, qui eum ad ſuſcipiendum regnum romanum induxit, ſecum enim ille romã migrauit, huius filius Martius Ancum Martium regem quartum romanorum genuit. quo autem filiorum Numę ducat Cotta maternum genus nihil compertum habeo. Eſſe ſuos, Quia Cotta erat religioſus et vir bonus, quemadmodum fuit Numa rex. Adiectiq; probet, Ordo eſt, Et ꝯmus iniuriam ſi tu non eſſes probat agnomina genitiua Cottę adiecti, hoc eſt cottę addita maioribus veſtris forcaſſe ab Alpinis cottijs ſubditis populo romano, vt inferius dicemus, vel ab aliquo rege Thracię deuicto, hi enim cottij dicebantur. Sil

Voleſus

Filij Numę quatuor.

Pōponij. Pinarij Calpurnij mamercij Pōpilia. Martius Ancus martius rex

tu non eſſes, ſi tu eã non ornares, et illuſtrē redderes tua virtute, aut hoc dicit, q: is ad quem ſcribit ſolus erat ex ea gente. Agnomina gentiua, Agnomina gentilitia, Sunt autē propriorum nominum ſpecies quatuor, vt ſcribit Diomedes, prenomen, nomen, cognomen, et agnomen, prenomen, eſt quod nominibus gentilitijs ꝑponitur, vt. M. Portius Cato, proprium eſt quod originem gētis, vel familię declarat, vt portius, Cornelius, Iulius, Cognomen eſt quod vniuſcuiuſq; ꝓprium eſt, et nominibus gentilitijs ſubiungitur, vt Cato, Scipio, Ceſar, Agnomen quoq; eſt quod extrinſecus cognominibus adijci ſolet ex aliqua ratione, vel dicitur queſitum vt eſt cenſorinus. Aphricanus, Numantinus et ſimilia, Cotras autem non vt diximus, ſed a greco appellatos putāt, hoc eſt ab. ins, et toruitate oris. Hac ſerie, Hoc vinculum, earum ordine, vel (quod magis placet) hac maiorum origine. Lapſo ſuccurrere amico, Ordo eſt puta eſſe conueniens iſtis moribus ſuccurrere amico lapſo, hoc eſt mihi; q orani.

ꝓprioꝝ ſpecies ꝓ nomē ꝓ prium Cognomen Agnomē

xi in nocte. Seu corporis vmbra eſt, Seu eſt vmbra alicuius corpis id quod vidi. Seu ſpecies veri, Seu forma aliqua et corpus verum. Seu fuit ille ſopor. Seu ille fuit ſomnus et viſio nocturna, hoc eſt ſeu mihi ita per ſomnū viſum fuit. Biſores feneſtras, Feneſtras bipartitas, et fores duas habētes.

Si tu non eſſes interitura domus.
Digne vir hac ſerie lapſo ſuccurrere amico,
Conueniens iſtis moribus eſſe puta.

Ad maximum.

SI vacat exiguum profugo dare tempus amico,
O ſydus fabię maxime gentis ades.
Dū tibi quę vidi refero ſeu corporis vmbra ē
Seu veri ſpecies, ſeu fuit ille ſopor.
Nox erat et biſores intrabat luna feneſtras,
Menſe fere medio quanta nitere ſolet.
Publica mi requiēs curaꝝ ſomnus habebat,
Fuſaq; erāt toto languidi mēbra toro.
Cum ſubito pennis agitatus inhorruit aer,
Et ſonuit paruo mota feneſtra ſono.
Territus ī cubitū releuo mea mēbra ſiniſtrū,
Pulſus ꝗ̃ e trepido pectore ſomnus abit.
Stabat amor vultu nō quo prius eſſe ſolebat,
Sceptra tenens leua triſtis acerna manu.
Nec torquē collo nec habens crinale capillis,
Nec bene cōpoſitas cōptus, vt ante comas
Horrida pendebant molles ſuper ora capilli,
Et viſa eſt oculis horrida pena meis.
Qualis in aerię tergo ſolet eſſe columbę.
Tractatam multę quā tetigere manus.
Hūc ſimul agnoui (neq; n. mihi notior alter)
Talibus affata eſt libera lingua ſonis.
O puer exilij decepto cauſa magiſtro,
Quē fuit vtilius non docuiſſe mihi.
Huc quoq; veniſti, pax eſt vbi tēpore nullo,
Et coit aſtrictis barbarus hiſter aquis.
Quę tibi cauſa vię, niſi vti mala nr̃a videres
Quę ſunt, ſi neſcis inuidioſa tibi.
Tu mihi dictaſti iuuenilia carmina primū,

Indiij. eplam enarra.

SI vacat exiguum, Ad Fabium Maximum ſcribens, fingit ſibi in lecto cubanti ſeſe obtuliſſe cupidinem, poetamq; de illo queſtum, ꝙ cuius cauſa in exilium eiectus ſit, velit etiam efficere, vt Auguſtus placatus minus exiliū concedat poſtremo inducit etiam cupidinem ad ea reſpondentem, pollicentēq; ſibi oīa ſecunda. Si vacat, Si tempus eſt.

Dare tempus exiguū, Dare modicum temporis in legendis his. Amico profugo, Mihi exuli, Sidus gentis fabię ſplēdor et gloria Fabioꝝ, de cuius gētis origine inferius dicemus. Quę vidi, Quę aſpe

Medio menſe, Medio ſpatio temporis, quo luna peragit curſum ſuum. Publica requies curarum, Requies, q̄ cōis eſt omnibus, Eſt autem Appoſitio figura. Languida, Deficientia ꝓpter curas, aut inertia propter ſomnū. Agitatus. Percuſſus. Inhorruit. Intonuit, intremuit. E pectore trepido, E mente pauida eo ſono. Amor cupido deus. Stabat, Ante me apparebat.

Acerna, De Acere facta, Eſt enim genus ligni, Vergil. Trabibus contextus acernis. Crinale, Reticulum. Nec comptus comas, Nec habens capillos comptos et ornatos. Eſt autem figura Sinecdoche. Pēna. Alę. Horrida, Aſperę et impexe propter aquilones, qui ad ea loca volantem cupidinem afflauerāt, et impexum reddiderat, et volando tam longe per plagam ſeptentrionalē frigore, ac ventis pennę erant incōpoſitę. Decepto magiſtro, Deluſo me Ouidio, ſe .n. poeta in ſcriptis ſuis magiſtrum amoris appellat. Quē ſubaudi Cupidinem puerum. Fuit vtilius mihi, Magis mihi cōduxit. Nō docuiſſe, Non erudiiſſe, in arte amandi, ſe enim poeta (vt diximus) amoris preceptorem appellat. Huc. In ſcythiā, vbi exulo. Aſtrictis aquis, Gelatis aquis. Inuidioſa, Inuidiam et detractionem concitantia. Iuuenilia carmina, Carmina de arte amandi, quę ego admodū iuuenis edidi. Seu, Subaudi pedibus hoc eſt verſu exametro, qui conſtat ex ſex pedibus. Quinq;, Scilicet pedes, per quos intelligit

verſum pentametrum. Carmine meonio, carmine quali vſus eſt Homerus ex quo deſignat heroicum carmē, quēadmodum ſupra elegiacum exprimit. Forſitan exiguas, Poſſet cupido dicere poetam non babuiſſe vires, quales conuenuit carmini heroico, Reſpondet ipſe exiguas illas vires quas habuit, fuiſſe ab eo imminutas. Aliquas tamen, Quia exiguas vires ſuas fuiſſe dixerat, dicit tamen non omnino fuiſſe minimas. Arcus et ignes. Arma ipſius cupidinis ſcilicet arcus et faces. Eſt autē ordo, Arcus et ignes forſitan cōminuere, vires mei ingenij exiguas, aliquas tñ. Tuiq; parentis, Et tuę matris. In nullum grande opus, In nullā grādem materiam. Vacauit, Scribendo operā dedit. Artibus meis, Meis preceptis de arte amandi. Vt poſſes eſſe non rudis, Vt poſſes eſſe non placidus ē doctus in preceptis amatorijs. Pro quibus, Subaudi artibus. In extremis locis, In vltima ſeptētrionis regióe. Eumolpus chionides, Eumolpus Neptuni et chiones filius, ō quo plura diximus in ſuperioris libri elegia, quę ſic incipit. Regia progenies, Scribit Strabo Eumolpo nomen inditū ideſt cantori optimo. In orphea, Erga preceptorē orpheū. In phryga nec ſatyrū, Nec ēt olympus talis fuit in Satyrū Marsyā, vt tu i me fuiſti, Marsyę aūt et Olympi ita meminit Plato in minoe. Sed non referre potes, quis e priſcis hominibus legum circa tibiarum inflationem conditor optimus extitit, Vis ne tibi memorē Marsya et diſcipulus eius Olympus phryglus, Et in libro tertio de legibus ita inquit. Sicut quę ad Muſicam pertinēt Marsyę et Olympo. Premia nec chiron, Notum eſt Statij et aliorum monumentis Achillem ſub chironis diſciplina maxima beniuolentia nutritum. Pythagoręq; ferunt, Hic loquitur ex eorum opinione, quam tamen refellit Liuius, qui credidere Numam Pompilium regem Pythagorę philoſophi diſcipulum fuiſſe.

Eumolpus

Marſia Olympus

Ab meo diſcipulo, Quia ſcribendo et docendo ipſum amorem poeta in exilium eiectus eſt. Dum damus arma tibi, Dum tibi ſignificamus, quam expugnandę ſunt puelię. Legitimos toros, Toros coniugales ideſt nuptas. Quarum nec vita pudicos attingit crines. Quę nō ſunt virgines, aut veſtales, quę vitta pe[...]ckari rite vtebantur vt docuimus in enarratiōe eius verſus Ouidij de arte amandi. Eſte procul vittę tenues īſigne pudoris. Nec ſtola longa pedes, Nec ſunt Matronę, quę Stola vtebantur, Ea enī (vt Marcellus docet) veſtis erat, quę ad īmos pedes defluebat, Martialis. Quis ſtolam permittit meretricibus pudorē. Et facere genus incertū. Et nothos generare, quorū genus et origo parentū icerta, eſt qā p̄ſertim mrē rē hī cum pluribus viris. An ſit, Subaudi dic precor. Ab his libellis, A libellis meis de arte amādi. Quā lex arcet. Quā fēminā lex Iulia p̄hibet exercere adulteria, Erat.n. lex Iulia vt legimus in iſtitutionū libro quarto de publicis iudicijs, q̄ nō ſolū temeratores aliarū viroꝝ gladio punit ſed et eos, q cū maſculis prepoſterā libidinē exercēt, eoſq; q vel virginē vel viduā viuentem honeſte vł ſtuprauit, Erat ēt lex Iulia repetūdaꝝ, de ambitu, de annona, de reſiduis. Viros furtiuos. Viros furtū et adulteria cōmittentes, hoc autem facit poeta in libris de arte amandi, et in principio operis ſtatim, quū inquit. Eſte procul vittę tenues inſigne pudoris. Queq; tegis medios īſtita lōga pedes. Quid tamen hoc prodeſt, Quid tamen prodeſt non docuiſſe etiam fallere caſtas matronas, et virgines. Si credor, Si quidem exiſtimor. Adulterij vetiti. Lege ſeuera, Adulterij prohibiti lege Iulia aſpera, quę adulteris capitalis erat. Compoſuiſſe notas, Compoſuiſſe fraudes, et maculas ac diuerticula ipſius adulterij. Ferientes cuncta. Quos voles omnes vulnerantes et conſauciantes.

Stola

Lex Iulia

Appoſui ſenis te duce quinq; pedes.
Nec me meonio cōſurgere carmine, nec me
Dicere magnorum paſſus es acta ducum
Forſitan exiguas aliquas tñ, arcus et ignes
Ingenij vires comminuere mei.
Nāq; ego dū canto tua regna tueq; parentis,
In nullū mea mens grande vacauit opus.
Nec ſatis hoc fuerat, ſtultus quoq; carmia feci
Artibus vt poſſes non rudis eſſe meis.
Pro qbus exiliū miſero mihi reddita merces,
Id quoq; in extremis et ſine pace locis,
At nō chionides eumolpus in orphea talis,
In phryga nec ſatyrū talis olympus erat.
Premia nec chyron ab achylle talia cepit,
Pythagoręq; ferunt non nocuiſſe numam.
Nomina neu referā lōgū collecta per euum,
Diſcipulo perii ſolus ab ipſe meo.
Cū damus arma tibi, dū te laſciue docemus
Hęc de diſcipulo dona magiſter habet.
Scis tamen, ꝛ liquido iuratus dicere poſſes,
Non me legitimos ſollicitaſſe toros.
Scripſimus hęc illis quarū nec vitta pudicos,
Attingit crines, nec ſtola longa pedes.
Dic precor hoc qñ didiciſti fallere nuptas,
Et facere incertum per mea iuſſa genus?
An ſit ab his omnis rigide ſummota libellis,
Quam lex furtiuos arcet habere viros.
Quid tamē hoc prodeſt vetiti ſi lege ſeuera
Credor adulterii compoſuiſſe notas.
At tu ſic habeas ferientes cuncta ſagittas,

Faces cu pidinis

Lāpades, Faces. Ouidius I epis. Altera tela arcus, altera tela faces, his. n. amantiū quoq; pectora ferie bat cupido, et iniiciebat ardorē et ignē, Vñ nō īme rito dixit. Vergi. Et cęco carpit igni. Cęſar, Augu. filius Iulij per adoptionē. Ab ęnea fratre, Æneas enim et Cupido fratres fuerunt, et ambo matrem venerē habuere. Nepos, Inter nepotes de os ex fratre Ænea. Plecti, Puniri. Puero volucri, Cupidini alato. Dediſſe hos ſonos Reſpondiſſe hęc verba ſequentia. Niſi conceſſum, Niſi legibus pmiſſum. Tuis arti bus, Tuis carminibus et pceptis de arte amādi. Vtq; hęc, Et quia ad modum iubandi ab inferiori hęc quę ſcripſiſti poſſes defendere.

infeſta Venus mādauit Cupidini, vt in colchicam regionē volaret, eāq; telis ſuis feriret, quo facto illico Iaſonis eſt amore correpta, vt docet in quinto Diodo. et Ouid. in meta. Puella phaſias, Medea ſic dicta a phaſi colchorū fluuio. Dulcior aura, Dulcior fauor. Tēpus quod quęrimus, Tempus qd idoneū requirimus, vt Cęſar miteſcat. Triūphus, Triumphum hic deſignari ſeu oratio nem arbitror, de quo abūde dictū eſt ſuperius in principio ſtatim primę elegię ſecundi libri. Et nati, Et filij Auguſti. Tyberius ſcilicet et reliq. Dū mater liuia, Dū Liuia mater Tyberij. Magne pater patrię, Auguſtum denotat, q pater patrię dictus eſt. Ducisq; Et Imperatoris qui triūphabit. Tyberium aut deſignat vt diximus. Odoratis ignibus, ignibus thuricremis, ē ideo fragrantibus. Faciles aditus, Faciles vias ad precandū Auguſtum ppter hanc publicam lęticiam, Solemus. n. in lętitia facilius oīa concedere, q alio tpe.

Sic nūq̄ rapido lampades igne vacent.
Sic regat imperiū terraſq; coerceat omnes.
Cęſar ab ęnea qui tibi fratre nepos.
Effice ſit nobis non implacabilis ira,
Meq; loco plecti commodiore velit.
Hęc ego viſus eram puero dixiſſe volucri,
Hos viſus nobis ille dediſſe ſonos.
Per mea tela faces et per mea tela ſagittas,
Per matrem iuro, cęſareumq; caput
Nil niſi conceſſum nos te didiciſſe magiſtro
Artibus et nullum crimen ineſſe tuis.
Vtq; hęc, ſic vtinā defendere cętera poſſes,
Scis aliud quod te lęſerit eſſe magis.
Quicqd id eſt (neq;. n. dēt dolor ipſe referri)
Nō potes a culpa dicere abeſſe tua.
Tu licet erroris ſub imagine crimen obūbres,
Non grauior meritis iudicis ira fuit.
Vt tamen aſpicerem, conſolarerq; iacentem,
Lapſa per immenſas eſt mea pēna vias.
Hęc loca tum primū vidi cū matre rogāte,
Phaſias eſt telis fixa puella meis.
Quę nūc cur iterū poſt ſecula longa reuiſas,
Tu facis o caſtris miles amice meis.
Pone metus igitur miteſcet cęſaris ira,
Et veniet votis dulcior aura tuis.
Neue morā timeas, tps qd quęrimus inſtat
Cūctaq; lęticię plena triumphus habet.
Dum domus, et nati, dū mater liuia gaudet
Dum gaudes patrię magnę ducisq; pater.
Dum tibi gratatur populus. totaq; per vrbē
Omnis odoratis ignibus ara calet.
Dum prębet faciles aditus venerabile tēpus,
Sperādū eſt noſtras poſſe valere preces.
Dixit, et aut ille eſt tenues dilapſus in auras,
Cęperunt ſenſus aut vigilare mei.
Si dubitē faueas quin his o maxime dictis,
Mēnonio cygnos eſſe colore putem.

Cętera, Hoc eſt quę lęſerunt Augu. Aliud magis eſſe, Aliud magis nocere, q carmina amatoria, Quibus verbis liquido apparet eiuſdem poetę cām aliā fuiſſe, q carmina amatoria. Abeſſe a tua culpa, Carere tuo crimine. Sub imagine erroris, Sub ſpecie erroris, q ſcilicet erraſti per imprudentiam. Obūbres crimen, Tegas tuum ſcęlus. Non fuit grauior meritis, Non fuit grauior culpa tua, hoc eſt iram Auguſti fuit minor, q merebaris. Ira iudicis, Ira Auguſti. Vt tamen aſpicerē, Cām aſſignat cupido cur ad poetam tam procul relegatum volauerit. Hęc loca, Hāc regionē ponticā frigori obnoxiā, et iō mirū ad eā ſe veni ſe dicit, qm ſine calore nō poteſt coitus pfici. Vnde ait Oratius. Vulcanus ardens urit officinas, q

Dixit, Scilicet cupido verba ſupradicta. Et aut ille, Et aut deus amoris. Eſt dilapſus in tenues auras, Euanuit. Cęperunt vigilare, Cęperunt ſomnū excutere. O maxime O Fabi. Quin faueas Ob nō faueas. His di. His verbis Cupidinis, q me monuit, vt in hoc Triūpho dum Cęſar eſt lętus pcibus vtar. Mēnonio colore, Colore nigro, q̄li fuit Mēnō, quē Titonus Laomedōtis filius in Aſia oriētē verſus vſq; in Æthiopiā militans dr genuiſſe ex Ida, qui cum Troianis

Der Vulcanus. Veneris maritus. Menon

ē ob cām fingūt poetę ipſuz Vulcanū deū ignis ē caloris eſſe Veneris maritū. Matre rogāte, Precāte me Venere Æeta. n. ſolis filius Medeā genuit, quaz Venus ferē odiſſe ppterea q ſecus Marte coeunte Vulcano retulerat ſol, puellę igitur a ſole oriūdę

preſidium tuliſſet, poſtea ab Achille eſt interfectus auctor Diodorus. Eſt autem ſenſus. Si exiſtimauero te mihi non fauturum apud Cęſarem poſſibilia impoſſibilia fieri arbitrabor et te minime humanum et benignum crediderim. Nigra

pica,

Sed neq; mutatē nigra pice lacteus humor,
Nec quod erat candens fit terebinthus ebur
Conueniens animo genus ē tibi, nobile nanq;
Pectus, et herculeę ſimplicitatis habes.
Liuor iners vitiū mores non exit in altos,
Vtq; iacens ima vipera ſerpit humo.
Mens tua ſublimis ſupra genus eminet ipſm,
Grandius ingenio nec tibi nomen ineſt.
Ergo alij noceant miſeris, optentq; timeri,
Tinctaq; mordaci ſpicula felle gerant.
At tua ſupplicibus domus ē aſſueta iuuādis,
In quorū numero me precor eſſe velis.

Ad Ruſſinum.

HAec tibi non vanam portantia ver
ba ſalutem.
Naſo tomitana mittit ab vrbe tuus
Vtq; ſuo faueas mandat ruſſine libello,
In veſtras venit ſi tamen ille manus.
Eſt opus exiguum, veſtriſq; paratibus impar
Quale tamen cunq; eſt vt tueare rogo.
Firma valent per ſe, nullūq; machaona q̄rūt
Ad medicam dubius confugit ęger opem.
Non opus eſt magnis placido lectore poetis.
Quemlibet inuitum difficilemq; tenent.
Nos qbus ingenium longi minuere labores,
Aut etiam nullum forſitan ante fuit.

pla, colore nigro, hoc eſt inhumanitate. Lacteus humor, Lac ipſum quod nū eſt cādidū, hoc eſt humanitas ipſa et animi cādor. Cādēs ebur, Cādidū ebur. Terebinthus, Terebinthus arbor eſt, q̄ I Syria naſcit̄ cuius materies admodū lęta eſt, ac fidelis ad vetuſtatē eximie ac nigri ſplēdoris, vt docet Pli. lib. xiij. naſcit̄. n. in epiro. Vergi. incluſaq; buxo aut oricia terebintho. Vbi Seruius ita ſcribit, Oricos ciuitas eſt epiri, iuxta quam naſcit̄ Terebinthus nigrū lignū huius ſoliditatē in buxi ſpēs. Conueniens alio genus eſt ti bi, Quēadmodū loquitur es ex genere Maximorū, ita et Maximū optimes aius bene de oībus merēdo. Nobile nanq; pectus et herculeę ſimplicitatis hēs, Nā inquit optimes animū nobilē ac cādorē et ſimplicitatē illā, q̄ in Hercule pgenitore tuo vi fuiſſe, Plutarchus. n. docet Herculē apud fluuiū Tyberim cū muliere indigena pgreſſus rē habuiſſe, et Fabiū virū optimū, quo familia Fabiorū Romę initiū habuit genuiſſe. Quidā autē priſcos huius generis viros ab agrorū ſcſſione Fodios olim appellatos memorię tradiderunt, deinde mutatis binis litteris Fabij cognominati ſunt, Plini. vero a faba Fabios dictos putat, ita enim inquit Iā Fabiorū Lentinorū Ciceronū, vtq; quis aliqđ optime genus ſereret, Iuniorū familię bubulcū nōiauerūt, q̄ bubus optime vteret̄. Nobile pectus, Aiūm generoſum. Et herculeę ſimplicitatis, Et veri ac ingenui animi, qualis fuit in hercule, nec duplicis. Liuor iners vitium, Inuidia et dolor alienę fœlicitatis vitiū, qđ obſidet tantum ē. aggredit̄ ignauos. In altos mores, In mentes generoſas, et qualis eſt tua. q. d. non es tu inuidię obnoxius, nec timebis mihi opē ferre. Vt iacēs vipera. Tanq̄ ſerpens, q̄ quēadmodū viperę nūq̄ altius a terra tollūtur, ſic inuidia infima queq; pectora non generoſa depopulatur. Supra ipſum genus, Pluſq̄ gens tua Maximorū. q. d. eſt pluſq̄ maxima Grandius ingenio, Quia tm̄ eſt ingeniū tuum, quātū eſt nomē, hoc eſt es. maximus et nomine et ingenio. Ergo alij, Ergo reliqui, non tu. Spicula tincta. Audeos infectos. Felle mordaci, Verbis ſiniſtris et amaris. Iuuandis ſuppli. Benemerēdo de calamitoſis. In nume. quorū, In numero ſupplicū et calamitoſorū, q̄s ſolet iuuare domus tua.

In. iiij. epiſtolam enarratio.

HAec tibi nō vanam, Tiberij ouationes ſeu Triūphū de Germania, de quo in prima epiſtola fecit huius operis libri abūde diximus, et tibi poeta et fortaſſe eū ſe ſcripſiſſe deſignat, Romā mittens poeta Ruffino amico et doctiſſimo viro cōmendat, Excuſatq; ſe multis rōnibus ſi nō ita elegāter materiā iſtā abſoluit, vt equū fuerat, poſtremo vertit ſermonem ad Liuiā Cęſaris matrē vaticinaturq; fore, vt breui alterū et Triūphū de Germania ipſa pſequat̄, vt iferius dicemus. Nā vanā ſalutē, Salutē nō mendacem, q̄ pcor vt ſis ſaluus, vt es. Suo libello, Suo operi de Triumpho Germanico. Veſtris paratibus, veſtrę huic pōpę triūphali, vel certe veſtris carminibus apparatū hmōi triūphi deſcribētibus. Firma va. p ſe, Optima et bn̄ cōpoſita carmina nō indigent cuiuſq̄ auxilio. Nullūq; machaona Et nullū medicū q̄lis fuit Machaon reqrūt, hoc ē ē nullius pſidio idiget. Fuit aūt Machaō filius Æſculapij fraterq; podalhij, q ob ſolertiā medicę artis e creta cū alijs grecis ad Troiā nauigauit, De quo I primo libro huius opis ita cecinit Ouid. Vtq; machaonijs pēāus artibus heros, Lenito medicā vulnere ſenſit opē. Æger, Maleualēs et q idiget opa alterius. Nō opus eſt magnis placido lectore poetis, Poetis excellētibus nō eſt opus, vt lectores pciliēt, q̄ eorū opa per ſe fauorē ptrahunt. Placido lectore, Fauorabili aliquo, q legat eorū opa. Quēlibet i. Quēlibet et nolētē legere eorū opa. Tenēt, Morant̄ et alliciūt poetę egregij. Minuere īgeniū, Dij ſcrūt vires ingenij et poetices peritiā. Aut et nullū, Aut et ingeniū meū antea fuit exiguū et nullū, hoc aūt dicit vt beniuolentiā capiat. Viribus infirmi, Debi

Marginal notes: Terebinthus — Fabiorū origo — Machaō

les ingenio. Veſtro cãdore, Veſtro fauore et cõmẽdatione. Valemus, Probamur. Oia; Omnẽ poeticę facultatis peritiã, quibus verbis blande poeta ſibi Ruffinũ pcıliat. Cũcta, Oia mea. Fauore propenſo, Inclinata in me aura. Sint nixa, Sint ſuſtentata. Pręcipuũ hi ius venię, In primis et ante alia opera mea indiget et expoſcit, vt ignoſcatur. Ille liber, Libellus ille quẽ mitto, vbi deſcribitur Cęſaris Triũphus materia ipſa et magna, quę aliud expoſceret ingenium, q̃ meũ ex quo innuit latenter hanc ob cauſam ſibi ignoſcendũ eſſe, quãuis tñ alias et cãs ſubiũgat. Spectatũ triũphũ, Triũphũ Germanicũ oculis ſpectatum. Memori manu, Calamo eius, q hęc vidit et notauit. Viſa, Ea quę vidit. Vix captata, Vix a me audita. Per aurem auidam vulgi. Per vulgum hęc audiendi cupidũ, qui hęc tm̃ audiuit nec vidit. Fuere mei oculi Quia ea nõ potuimus aliter videre, q̃ audire quę fama ad nos pertulit. Scilicet affectus ſimiles, In ſcribendo hęc q̃ audiui talis eſt affectus et impetus dicendi, qualis eſt etiam fama, quaſi innuat q non ita afficimur, nõ eo animi calore deſcribimus, quę audimus, quo ea quę vidimus. Nec nitor argenti,

verſiſſima, ideo appellat, qm̃ rege capto nulla timebat rebellio, ille enim eſt tanq̃ pignus, Superior tñ ſcotentia magis placet. Aliqua, Scilicet parte. Illud opus, Illum Triumphũ Germanici a me compoſitũ. Rudis miles, Tyro et belli inexpertus. Pectora frigidiora, Mẽtẽ magis hebetẽ et obtuſam, Rem phyſicas tãgit Ouidi. Stulti.n. et hebetes frigidioris ſunt ſanguinis, prudẽtes vero calidioris, Dicebat etiam Empedocles (vt eſt auctor Cicero in Tuſculanis) Animũ eſſe cordi diffuſum ſanguinẽ, calidumq; maiorẽ habere virtutem, q̃ frigidum, vnde et oẽs dextrę partes validiores ſunt et debiliores ſiniſtrę, quia has regit calor iecoris, quẽ eſt concretus ſanguis hinc caloris domicilium eſt, ille vero cõtagione frigidi lienis hebetantur, vt et docet Macrobius libro ſeptimo. et Plinius et aſſerit cordi inẽ pcipuũ calorẽ mentẽq; inibi habitare, Sic et Vergilius inquit. Frigidus obſtiterit circũ pręcordia ſanguis. Hoc loco, Hac Scythica regione. Quęs patior, Vbi ſum relegatus. In cũrru eburno, Triumphalia ornamẽta fuere, vt alibi diximus. Toga prętexta, Tunica palmata, Toga picta, Corona laurea, Scipio eburneus, et Sella curulis eburnea, de qua hic Ouidius intelligit, Curulis aũt ſella ob eã cãm appellatur, q curru honoris gratia ſoliti erant in curias vehi ſenatores, qui curulẽ magiſtratũ, hoc ẽ maiorẽ honorẽ geſſiſſent, in quo curru ſella erat, ſupra quã pſiderẽt. Excuteret frigus, Eijceret aĩ torporẽ.

Viribus infirmi veſtro candore valemus,
Quẽ mihi ſi demas, omnia rapta putem.
Cunctaq; cũ mea ſint ppenſo nixa fauore,
Pręcipuum venię ius habet ille liber.
Spectatum vates alij ſcripſere triumphum,
Eſt aliquid memori viſa notare manu.
Nos ea vix auidam vulgi captata per aurem
Vidimus, atq; oculi fama fuere mei.
Scilicet affectus ſimiles, aut impetus idem
Rebus ab auditis conſpicuiſq; venit.
Nec nitor argenti quem vos vidiſtis et auri,
Quod mihi defuerit purpuraq; illa queror
Sed loca vel gentes formatę mille figuris,
Nutriſſent carmen pręliaq; ipſa meum.
Et regũ vultus certiſſima pignora gentis,
Iuuiſſent aliqua forſitan illud opus,
Plauſibus ex ipſis populi lętoq; fauore,
Ingenium quoduis incaluiſſe poteſt.
Tãq; ego ſumpſiſſem tali clamore vigorem,
Quam rudis audita miles ad arma tuba.
Pectora ſint nobis niuibus glacieq; licebit,
Atq; hoc quem patior frigidiora loco.
Illa ducis facies in curru ſtantis eburno,
Excuteret frigus ſenſibus omne meis.
His ego defectus dubijsq; auctoribus vſus,
Ad veſtri venio iure fauoris opem.
Nec mihi nota ducũ, nec ſũt mihi nota locorũ
Nomina materiam nõ habuere manus.

Ordo eſt. Nec q̃ror q defuerit mihi nitor argenti, et reliqua, per nitorẽ aũt argẽti et auri intellige pecuniã captã et vaſa pretioſa, quę in triũphis pręferebant. Sed loca, Sed locorũ deſcriptiones et picturę, quę triũphantes iperatores precedebãt, per loca aũt aut vrbes, aut cãpos vbi partę fuerãt victorię pugnãdo, ẽ q huiõi pręlia picta preibãt, et in pugnantiũ corporibus varię erant vulnerũ et cadentiũ formę ideo ſubiungit vel gentes formatę mille figuris. Nutriſſent carmẽ, Carmini meo gratiam attuliſſent. Pręliaq; ipſa, Et ipſas pręliorũ deſcriptiones. Et regũ vultus, Et reges ipſi captiui vincti ante currũ. Certiſſima pignora gentis, Manifeſtiſſima pignora et fides gentis germanicę deuictę, gentes enim nõ aliter victę crederentur, niſi eorũ rex captus oſtenderetur ante currũ, vel pignora

His ego defectus, Ego q rebus his predictis carui Defectus.n. participiũ eſt ſignificationis actiuę in voce paſſiua, Quintilianus. Defectaq; labore ſenectus et Martialis. Dulcia defecta modulat carmina lingua. Cãtator Cycnus funeris ipſe ſui. Dubijs auctoribus, Auctoribus rẽ et ignorantibus vel (qd magis placet) intelligit rumorẽ ipm q eſt ſermo ſine vllo certo auctore diſperſus, vt Fabius docet. Veſtri fauoris, Ad vrũ auxiliũ o poetę. Mãm nõ ha. ma. Quum inqt vellẽ ſcribere manus meę nõ hũere, vrũ

Frigidus ſanguis Calidus ſanguis Aĩm qd. Dextrę partes validiores ẽ ſiniſtrę debiliores. Mens in corde Triũphalia ornamenta Curulis ſella. Defectus Rumor

Pars quota de tātis rebus quā fama referre,
Aut aliquis nobis ſcribere poſſet erat.
Quo magis o lector debes ignoſcere, ſi quid,
Erratum eſt illic preteritumue mihi.
Adde quod aſſiduas domini meditata querelas
Ad letum carmen vix mea verſa lyra eſt.
Vix bona poſt tāto querenti verba ſubibant,
Et gaudere aliquid res mihi viſa noua eſt
Vtq; reformidat inſuetum lumina ſolem,
Sic ad leticiam mens mea ſegnis erat.
Eſt quoq; cunctarum nouitas gratiſſima rerum,
Gratiaq; officio quod mora tardat abeſt.
Cetera certatim de magno ſcripta triūpho,
Iam pridem populi ſuſpicor ore legi.
Illa bibit lector ſitiens, mea pocula plenus,
Illa recens pota eſt noſtra tepebit aqua.
Non ego ceſſaui, nec fecit inertia ſerum,
Vltima me vaſti ſuſtinet ora freti.
Dum venit huc rumor, properataq; carmina fiunt
Factaq; eunt ad vos, annus abiſſe poteſt.
Nec minimum refert, intacta roſaria primus,
An ſera carpas pene relicta manu.
Quid mirum lectis exhauſto floribus horto,
Si duce non facta eſt digna corona ſuo.
Deprecor hec vatū contra ſua carmina ne quis
Dicta putet, pro ſe muſa locuta mea eſt.
Sunt mihi vobiſcum cōmunia ſacra poete,
In veſtro miſeris ſi licet eſſe choro.
Magnaq; pars anime mecū vixiſtis amici,
Hac ego vos abſens nunc quoq; parte colo,
Sint igitur veſtro mea cōmendata fauore
Carmina, nō poſſum pro quibus ipſe loqui.
Scripta placēt a morte fere, quia ledere viuos
Liuor, et iniuſto carpere dente ſolet.

ſummitit materiā, quoniam nō viderim duces et loca picta et cetera, q̄ in triūphis ꝑferebant nō potui ea ſcribere, q̄ nō viderā, et iō dicit manus nō habuiſſe mām. Pars quota, Pars rara, vel nulla. Illic, in deſcriptione huius triūphi. Preteritūue mihi, Aut a me pretermiſſum. Aſſiduas querelas domini. Cōtinuos fletus meos pp hanc relegatione. Ad letū car. Ad deſcribendū Triūphū, q continet materiā letā. Poſt tāto, Subaudi tpe, vt ſit Archaiſmos. Antiq.n. ante poſt et circū vtriq; caſui ſeruiebant. Vergil. Et lōgo poſt tpe venit. Verba bona, Verba leta et foelicia. Subibāt, in mētē veniebāt. Et gaudere aliqd, Et re aliq̄ letari. Res noua, Res inuſitata. Reformidat, Reſpuit et timet. Solē inſuetū Solē quē nō ſolet intueri. Lumina Oculi. Eſt quoq; cūctarum, Aliā rōnē et ſubiūgit, quare ſibi ignoſci velit, ſi triūphus videbit nō ita gratiā habere, Habent inquit maxime grās noue res, vt ſi qs deſcribat triumphū, dū triūphat, nō at poſt mēſes aliquot, ſic Plinius inſuetū eſt inqt mortalibus ſtudiū magna et inuſitata noſcēdi. Officio, Rei illi q̄ facimus, vt puta ſcribēdo Triumphū, aut aliud aliqd ſimile. Abeſt, Deeſt. Illa, Scilicet carmina aliorum. Lector ſitiens, Lector deſiderās. Plenus, iā ſat et epotus, et iō faſtidiēs. Mea pocula, Subaudi bibit, hoc eſt legit meū carmē. Perſiſtit.n. in metaphora potantis ſemel ſumpta. Noſtra tepebit, Noſtra aqua ſ. ādiu hauſta erit tepida, hoc eſt carmen meum ſerum nullā habebit gratiā poſt aliorum carmina prius cōpoſita. Vltima me vaſti, Quid ſit in cauſa q tā ſero Triūphū cōpoſuerit, paucis docet poeta. Ora vltima, Poſtrema regio. Vaſti pōti, Magni maris pontici. Rumor, Phama triūphi. Properata, Etiā celeriter facta. Nec minimū refert, Nec valde parum intereſt, immo plurimū. Intacta roſaria, Roſaria ex quibus nulle adhuc decerpte ſunt roſe. Eſt autē Roſariū copia fruticū vno loco roſas gignentiū. Sera manu, Manu tarda ad decerpendos huiuſmodi flores, Quaſi dicat reliqui poete ſcripſerunt, que viderunt pleniſſime, quēadmodū hi qui roſas plenis roſarijs decerpunt, ego vero ſcripſi poſtremus, tanq̄ qui relictas roſas colligit, Roſe enim que primo leguntur, quia pulchriores deligūtur, magis delectāt, q̄ alie, ſic ergo q primo materiam Triumphi Ceſaris deſcripſere magis placent, q̄ ego. Lectis floribus, Per florū quoq; ſimilitudinem, idē exprimit poeta. Exhauſto horto, Euacuato cāpo, et quaſi adēpta omni materia. Corona, Triūphus. Digna ſuo duce, Digna ſuo imperatore. Deprecor hec vatū, Ne poeta videat queſtus de poetis, q hmōi qui triūphū ſcripſerāt, hic ſe excuſat. Pro ſe, Pro voluntate ſua, nō vt aliquē culparē. Sūt mihi vo. Cām aſſignat q̄re neminē poetā dēat culpare, aut de eo queri. Cōia ſa. Quia poete oēs ſunt phebi ſacerdotes, iō eius ſacra ē illis cū Ouid. it poeta cōia. In veſtro cho. In vrō numero et ꝯſortio. Miſeris, Mihi relegato, et iō miſero. Magna pars aie, Magā ps mei. Amici.n. elegāter nūc pars, nūc dimidiū alē amicorum eē dīr, Oīum. Et ſues ale dimidiū mee. Hac pte pp hāc ptē, q fuiſtis magna ps mei. Pro qbus. Pro ipſis.ſ. carminibus, q nō poſſū Rōe eē vobiſcū, et illa vobis cōmēdare. Scripta placēt, Aſſignat cām, q̄re nemo dz carpe eius carmina. A morte fere, Quaſi poſt mortē. Quia le.vi.li. Sic alibi Paſcit in viuis liuor poſt fata quieſcit. Et ſolet carpere dēte iniuſo, Et ſolet alacri detrahere et mordere genuino dente.

Male viuere, Vitā maleē duriter agere, vt ego facio in hac Scytharū barbarie. Terra morat, Se pulchrū me expectat. Fatis me. Meę morti. Opus noſtrę curę, Opus hoc de triūpho germanico in quo magnā curā adhibui. Vt culpet, Quāuis acuſet. Vndiq;, Ex oī parte, vel ab oībus. Officiū, Studiū et volūtatē meam.

ſus. Preſagia poetarū nō ſolent deſideria ſua irrita facere, ſed certa et vera. Dāda ioui laurus, Triūphus dādus eſt Ioui Capitolino, cui īperatores lauro coronati ibāt ſacrificatū, vel dicit ponendam eſſe laureā de more poſt triūphū in ęde Iouis Capitolini. Dū prior illa viret, Dū corona illa Tyberij

Si genus ē mortis male viuere, terra morat,
Et deſunt fatis ſola ſepulchra meis.
Deniq; opus noſtrę culpetur vt vndiq; curę,
Officium nemo qui reprehendat erit.
Vt deſint vires tamē eſt laudāda voluntas,
Hac ego contentos auguror eſſe deos.
Hęc facit vt vēiat paup quoq; gratus ad aras,
Et placeat cęſo non minus agna boue.
Res quoq; tāta fuit, quātę ſubſiſtere ſummo
Aeneidos vati grande fuiſſet onus.
Ferre etenim molles elegi tam vaſta triūphi,
Pondera diſparibus non potuere rotis.
Quo pede nunc vtar dubia ē ſentētia nobis,
Alter enim de te rhene triumphus adeſt.
Irrita v[illegible] non ſunt preſagia vatum,
Danda ioui laurus dum prior illa viret.
Nec mea verba legis q ſū ſūmotus ad hiſtrū
Non bene pacatis flumina pota getis.
Iſta dei vox eſt, deus eſt in pectore noſtro,
Hoc duce predico vaticinorq; deo.
Quid ceſſas currū pōpāq; parare triūphis
Liuia: dant nullas iam tibi bella moras.
Perfida damnatas germania proijcit haſtas,
Iam pondus dices omen habere meum.
Crede breuiq; fides aderit, geminabit honorē
Filius, & iunctis vt prius ibit equis.

Vt deſunt vires, Quāuis ad ſcribendū Triūphū vires meę ſuccubuerint. Hac, Scilicet bona voluntate. Hęc, Iſta bona volūtas. Pauper, Vir ignobilis, ſed boni animi. Ad aras, Ad ſacrificandū dijs immortalibus. Nō minus boue cęſo, Nō minus, ꝗ ſi bouē ſacrificaret pauper. Res, Materia huius Triūphi Cęſaris. Quātę, Subaudi rei et materię. Subſiſtere, Subiacere et verſari, in ſcribēdo. Fuiſſet grande onus, Fuiſſet arduū et difficile potius. Sūmo vati ęneidos, Maximo illi poetę Vergilio qui Æneida cōſcripſit. Rotis diſparibus, Imparibus verſibus. Quo pede, Quo verſu elegone an heroico. Alter triūphus adeſt, Secundus Triūphus ppe eſt, primo.n. Auguſtus (vt Florus ſcribit) per Druſum priuignū Germanos deuicit, cui ibi defuncto Senatus cognomen a prouincia deuicta Germanici dedit, poſtea cęſo Quintilio Varro, cum tribus legionibus illi iterū rebellarunt, ad quos domandos poſtmodū miſſus Tyberius victoriā ſcbas reportauit, vt antea diximus. Quum aūt hęc ſcripſit poeta. Tyberius Germanicā expeditionē ſuſceperat, ac pęnę abſoluerat, ē triūphū breui expectabat, aut certe per alterū Triūphū oīa ad Tyberiū referas, quē diximus primo de Germanis ouaſſe. deinde & Triūphaſſe vt mox & dicemus. Rhenū aūt fluuiū pro Germania poſuit quę a gallis, Rhetijs, et Pānonijs Rheno et Danubio fluminibus ſepatur, ſic in faſtis. Tradiderat famulas iā tibi rhenus aquas. Rhenus enim Rhetiarū alpiū in acceſſo ac pręcipiti vertice ortus modico flexu in occidentem verſus ſeptētrionali oceano miſcet auctor Cornelius Tacitus in lib. de Germania. Pręſagia magnorū vatū, Poetarū excellentū vaticinia, Sum.n. vaticinatus prędicando huiuſmōi Triūphū, legit & ſic. Irrita vatorū, vt ſit ſenſus.

Drusus Germanicus

Rhenus

qua pauloante ouās de Germania ſeu (qd magis placet) ob debellatum illyricū vt ſtatim dicemus coronatus vrbem intrauit, adhuc eſt recens et viridis, Ex quo īnuit poſt illum Triumphum alterū & prope dies deberi Tyberio. Mea verba, Hęc quę futura auguror non ſunt verba mea, ſed Apollinis. Qui ſum ſummotus ad hiſtrū, Qui ſum e patria in pōtū miſſus in quem defluit hyſter. Flumina pota. Flumen hyſtrum epotum, Eſt aūt appoſitio. Getis nō bene pacatis, Getis nō bene pacificis. Eſt Dei, Eſt Apollinis. In noſtro pectore, In pectore poetarū. Hoc, Hūc alterū Triūphum. Dant nullas iā tibi bella moras, Iā ingt Germani incipiunt bella ponere, nec tibi yllā afferūt cām tarditatis, imo videntur hortari vt prepares ornamēta triūphalia qꝫ cito reliq hoſtes vīcent a Tyberio, quum.n. ſunt bella, illa quidē cauſas videntur afferre, vt differātur ornamenta triūphalia. ſed quū pęne bellū illud ſit abſolutū, dicit per illud nullā morā extare quo minus apparent Triūpho neceſſaria. Perfida germania, Germania quę fidē rupit Romanis cęſo Varro et tribus legionibus. Dānatas haſtas, Bella et arma quę deteſtatur et dānat. Proijcit, Abijcit tanq pęne victa, ex quo denotat poſſe Liuiā quaſi pacatis populis. parare pōpā pro alio futuro Triūpho. Habere pondus, Habere effectum. Geminabit honorem filius, Tyberius alium conſequetur Triumphum, et ita duplici Triūpho erit glorioſus altero parto de illyria, ſeu ob germania, et ouatione de q ſupra intelligit, altero vero de Germanis. Tyberius.n. vaſtata Germania Ipator appellatus fuit vt ſcri Euſeb. de tpibus. Et iūctis vt prius ibit equis, Et quadrigis triūphās in Capitoliū vehet quēadmodū prius, qn̄ vrbē ꝓtextatus, et Laurea co

ornatus intrauit poſituq; in ſeptis tribunal ſenatu aſtāte cōſcendit, ac medius inter duos cōſules cū Auguſto ſimul ſedit. Vnde populo cōſalutato circū tēpla deductus eſt, quā rē hic poeta deſignat, proximo deide anno in germaniā, q̄ cęſo .Q. Varro cū legiōibus rebellauerat, vaſtataq; ea impator appellatus (vt diximus) in vrbē poſt biēnium regreſſus triūphū quem diſtulerat egit. Scribit & Paulus Oroſius germanos domitos ſuis ſe a Claudio Druſo priuigno Augu. eoſq; deide Druſi morte rebellantes Tiberius frater bello arripuit, ex q̄bus .xl. M. captiuos victor adduxit, vt non īmerito dicat poeta eū honorē geminaturū triūphando pariter d Illyrico, atq; Germania, vel geminabit, q prius prętextatus, et laurea coronatus quaſi triūphans honoratus vrbē intrauit, nunc vero vaſtata Germania & triumphabit, vel q prius victoriā adeptus fuit Druſus. Deide vrbem inuehit Tiberius triūphaturus et ipſe d Germania, et ſic geminabit triūphus. ſed magis placet illud verbū geminabit referas ad Tiberij ouationē de qua dictū eſt, et ad ſequētē eius Triūphū de Germania. Prome, Exime et para Oſtrū, Purpureā togā, qua Imperatores īduti triūphabāt, vt diximus. Ipſa corona, Ipſa laurea, vel certe coronā illā laureā intellige, quam ornatā gēmis capite geſtabāt impatores induti veſte purpurea auratis intexta ſideribus, vt docet Appianus, ex cuius ſententia triūphi formā in Enarrationibus in Ouid. de arte amād. alias deſcripſimus. Truncā trophęa, Trophęa quę amputatis arboribus figebātur. Amputabāt.n. ramos arborū, ac deinde armis ſpolijſq; hoſti detractis ornabāt, p̄ferebātq; milites victores īperatorē triūphātē ſequentes, ea picta in Triūpho cū alijs & ſimulachris rerū a ſe geſtarū. Dicta aūt ſunt Trophęa a τρέπειν, ideſt vertere, q q hoſtē in fugā vertiſſet Trophęū merebat. Illud notādū a gręcis Trophęū dici, detracta aſpiratiōe. Sup viros victos, Super cęſos hoſtes. Oia enī vt geſta fuerāt pingebant et pręferebant ī triūphis. Oppida eburnea, Ciuitatū captarū ſimulachra ex ebore cōpacta, quā rē docet Ioſephus in deſcriptione Triūphi Veſpaſiani his verbis. Deide trāſibāt plurima victorię ſimulachra portātes oia ex auro et ebore facta. Muris turritis, Mœnibus ſuis turres habētibus. Ficta res, Rē fictā appellat vrbiū pictarū ſimulachra et geſta, quę p̄ferebātur in eo triūpho

Trophęa

Trophęū

Prome quod iniicias hūeris victoribus oſtrum
Ipſa poteſt ſolitum noſſe corona caput.
Scuta ſed et galeę gemmis radientur et auro,
Stentq; ſuper victos trunca trophęa viros,
Oppida turritis cingantur eburnea muris,
Fictaq; res vero more putetur agi.
Squalidus immittat fracta ſub arundine crines
Rhenus, et infectas ſanguine potet aquas.
Barbara iam capti ponunt inſignia reges,
Textaq; fortuna diuitiora ſua.
Et quę prętęrea virtus inuicta tuorum,
Sępe parata tibi ſępe paranda facit.
Dij quorū monitu ſumus hęc uentura locuti
Verba precor celeri noſtra p̄bate fide.

Ad Cottam.

Quā legis vñ tibi mittat̃ epła q̄ris,
Hinc, vbi cęruleis iungit̃ hiſter aq̄s
Vt regio dicta eſt, ſuccurrere debet
et auctor

putetur agi vero more, Sic ita deſcribi, vt vera exiſtimetur oppidā et nō pictura. Squalidus rhenus; Rhenus fluuius germanię ſqualore ac ſorde confectus, q victus ſit, Deum autem fluminis deſignat. Immittat crines, imponat capillos ſuos. Sub harūdine fracta, Sub corona harundinea lacera, propterea q victus ſit. Fingunt aūt poetę flumina coronas harundineas geſtare, vt docuimus in enarrationibus nr̄is in Ouidium de arte amandi. Infectas ſanguine, Tinctas cruore interfectorū. Reges capti, Reges germanorū captiui. Iā ponunt inſignia barbara, iā tāq̄ victi deponunt coronas, q̄bus ipſi reges barbari prius vtebantur. Ex quo poeta deſignat Tiberiū pęne germanos rebelles deuiciſſe, et breui de illis quoq; triūphaturū. Textaq;, Et deponunt & tanq̄ captiui veſtes regias. Diuitiora ſua fortuna, Quia reges illi nihil habebant, oia enim in re belli amiſerant, et eo pacto pretioſiores erant veſtes ipſis regibus. Et quę prętęrea, Ordo eſt. Et o Liuia quid prętęrea ceſſas parare ea, quę ſępe parata tibi, ſępe paranda virtus tuorum inuicta facit, vel certe facit ſępe paranda. Virtus tuorum. Virtus Auguſti et liberorū. Sępe parata tibi, Quia ſępenumero paraſti tuis triumphalia ornamenta, vt ea quę paulo ſuperius expreſſit poeta. Sępe paranda. Quoniam alios etiam Triumphos cōparabunt, & tu quoq; Triūphalia ornamenta parabis. Quorū monitu, Apollinem ſignificat, cuius monitu et furore poetę vaticinantur. Celeri fide, Celeri exitu et effectu.

In Quintam Epiſtolam Enarratio.

Quam legis, Ad Maximum Cottā hanc Epiſtolā mittit. ad quē & ſuperius ſcripſerat, laudatq; eius orationē, Quā Romę in foro iudiciali habitā, legendā miſerat, precaturq; vt crebro ſtudij ſui huiuſmodi pignora mittat. Deinde dicit ſe abſentem illum tanq̄ pręſentem intueri, videri q̄ cū eo Romę eſſe tanq̄ ī cęlo. Quum vero meminit ſe eſſe ī Scythia dicit videri ſe ad inferos venire. Hinc ſubaudi mittitur. Iungitur, Miſcet. Iſter.n. per multas regiones delapſus in pontum cadit. Aquis cęruleis, Aquis maris pontici flauis, q̄bus verbis regionem ponticam deſignat. Vt regio dicta eſt, Poſtq̄ regionē ponticā deſcripſi. Vnde ego hanc ad te epiſtolā mitto. Succurrere d3. De-

bet in mētē venire. Et auctor ē, Et q̄ ſcribit hāc epiſtolā. s. Naſo poeta. Leſus ab ſuo ingenio, Offenſus et relegatus ꝓpter artē poeticā ſcribendo precepta amatoria. Preſens, Tecū Romę. Ab getis hirſutis, A getis ſqualidis, barbaris, et impexis. O iuuenis non degener, O cotta maxime qui nō degener es a tuis. Oris patrij,

que patina, et vaſe ſculpta. Niſi peccaſſem, Niſi amatoria ſcripſiſſem. Mea muſa, Carmina a me facta. Fugaſſet, In exilium eieciſſet. Tua vox, Tua recitatio, multo magis enim viua vox afficit. Exhibuiſſet opus quod legi, Dediſſet mihi orationem iſtam tuam ad me miſſam, hoc eſt audiuiſſem non legiſſem orationem tuam.

Leſus ab ingenio naſo poeta ſuo.
Qui tibi quam mallet preſens afferre ſalutē,
Mittit ab hirſutis maxime cotta getis.
Legimus o iuuenis patrij non degener oris,
Dicta tibi pleno verba diſerta foro.
Que quāq̄ lingua mihi ſūt ꝓperāte ꝑ horas,
Lecta ſatis multas, pauca fuiſſe queror,
Plura ſed hęc feci relegendo ſepe, nec vnq̄,
Hęc mihi quā primo grata fuere minus
Cumq̄ ſua totiens nihil e dulcedine perdant,
Viribus illa ſuis non nouitate placent.
Foelices quibus hęc ipſo cognoſcere in actu,
Et tam facundo contigit ore frui.
Nā quāq̄ ſapor eſt ablata dulcis in vnda,
Gratius ex ipſo fonte bibunt aquę.
Et magis adducto pomum decerpere ramo,
Quam de celata ſumere lance iuuat.
At niſi peccaſſem, niſi me mea muſa fugaſſet,
Quod legi tua vox exhibuiſſet opus.
Vtq; fui ſolitus ſediſſem forſitan vnus,
De centum iudex in tua verba viris.
Maior et impleſſet precordia noſtra voluptas,
Dū traherer dictis, annueremq; tuis.
Quem qm̄ fatum patria vobiſq; relictis,
Inter inhumanos maluit eſſe getas.
Quod licet vt videar tecū magis eē legendo,
Sepe precor ſtudij pignora mitte tui.
Exemploq; meo niſi dedignaris id ipſum
Vtere, quod nobis rectius ipſe dares.

Eloquētię patris tui, q̄ fuit ſummus orator, de quo paulopoſt dicemus. Dicta pleno foro, Habita frequenti turba, quę erat in foro iudiciali. Verba diſerta, Eloquētē orationē tuam in genere iudiciali. Lingua ꝓperante celeritate legendi. Per multas horas, Oſtendit per hęc verba copioſum dicendi genus ipſius cottę. Fuiſſe pauca, Viſam fuiſſe eam orationē breuem propter eius elegantiā et ſuaue dicēdi genus.

Plura ſed hęc feci, Sȝ hęc verba orationis tuę crebro lecta fuerūt plura, q̄ viſa fuerint. Nec vnq̄. Hęc mihi q̄ primo grata fuere minus. Poſtrema lectio eq̄ mihi fuit grata, ac prima. Eſt autē magna operis laus. Si quidem grecum eſt ꝓuerbium. Bis pulchrū eſſe quod iter lectum placeat. Toties, Tā crebro a me lecta. Vbi notandum, q̄ Toties, Milies. Genties. Decies. Quoties, ſine n ſcribēda ſunt, vt docet Cap[illegible] E ſua dulcedine, E

Vt fui ſolitus, Vt cō ſueui, quia poeta Centumuir fuit. Quare autē Centumuiri appellarentur docuimus abunde, in enarrationibus noſtris in Ouidius de triſtibus. Dū traherer tuis dictis, Dū dicentem te audirem, et in tua verba, et ſententiam adducerer tuis rationibus. Annuerēq;, Et probarē. Eſt autē magna oratoris laus, dum ſine vi ab extrinſeco, hoc eſt appoſite dicat ad perſuaſionem, is enim nimirū munus oratoriū peregit, quam rem hic poeta dicere videtur fuiſſe in Cottę oratione. Hunc autem Cottam eius Cottę oratoris filium crediderim cuius meminit Cicero in libro de claris oratoribus, a quo ſe dicit incitatum cupiditate imitandi, et quem ſcribit fuiſſe remiſſum et lenem, proprijs verbis comprehendentē ſolute ē facile ſententiā, ē q̄ pro M. Canuleio, et ꝓ Cn. Dolobella ꝯſulari princeps adhibitus eſt, poſtmodum illū ex conſulatu in galliam profectū eſſe ſcribit, vt facile crediderim eum tunc Cottam cognominatum, cuius vel tacite ſuperius meminiſſe poeta viſus eſt eo verſu. Adiectiq; probent gentiua agnomina Cottę, vt intelligas incolas Cottiarū alpium ab eo adiectos populo romano, et inde Cottę cognomen reportaſſe. Quem, Scilicet me. Quoniam fatum, Cm ordo fatorū. Patria, Subaudi relicta. Vobiſq;, Et amicis vt tu es. Quod licet, Quod fas eſt, quod cōceditur ſcilicet, vt mittas pignora tui ſtudij. Legendo, Scilicet ſcripta tua. Pignora tui ſtudij, Vel carmen, vel orationem, vel aliud huiuſmodi. Exemplo meo, Quia ſepe aliquid compono, et ad te ſcribo. Niſi dedignaris id ipſum, Niſi indignum pu

ſua verborū ſuauitate et elegantia. Perdant, Amittant, ſed ſemper viſa fuerint mihi crebro legenti habere eandem, in dicendo ſuauitatem. Suis viribus, Peculiari dicendi vi, et inuentionis, ac argumentorū efficacia. Nō nouitate, Nō nouo dicendi genere, nec vlla affectatiōe, aut lenocinio, ſed q̄li cęteri vtuntur oratores. Vel hoc dicit, placent non q̄ opus nouū eſt, noua enim nos maxime delectāt, ſed q̄ ea oratio eſt elegans, et ꝯſtat ſuis viribus, et partibus quę debent eſſe in huiōi oratione. In ipſo actu, In ipſa recitatione, dum huiuſmodi cauſa agebatur in iudicio. In vnda ablata, In aqua ſeparata ab ipſo fonte. Ex ipſo fonte, E loco vbi aquę ipſę ſcaturiunt. Adducto ramo, Tracto ad ſe ramo. Quam de lance celata, Quam de aliqua

Prouerbiū grecū. Bis pulchrū eſſe quod iterū lectum placeat. Toties Quoties ſine n ſcribēda.

Cotta orator

ctas me imitari, et ad me tua ſcripta mittere. Ob nobis reditum ipſe: narrat; Quod exiſtimari rectius de ipſe potes mihi preſtare. Qui perij iampridē, Qui iā ante relegatus ſum. Vobis īgenio nitor nō periſſe meo: Scribo ad vos ſepius, et eo. pacto conor vobis abſentibus, tāq̄ preſentibus frui, et videri eſſe

Quaſi dicat. Mens mea nō cadat, nec Romā ire prohibetur, queadmodū corpus. Hac, Scilicet. mente mea. Sepe loquor tecum, Sepe videor tecū loqui. Te loquente. Te quem videor me alloquētē intueri. Tunc eſt difficile mihi dicere, Tunc eſt graue mihi exponere. Quam ſit bene. Quantum bo

Nāq; ego qui perij iā pridē maxime, vobis
Ingenio nitor non periſſe meo.
Redde vicē, nec rara tui monumēta laboris
Accipiant noſtre grata futura manus.
Dic tamen o iuuenis ſtudiorum plene meorum:
Ecquid ab his ipſis admoneare mei?
Ec qbus aut recitas factū modo carmē amicis
Aut (quod ſepe ſoles) exigis vt recitent?
Interdū queritur tua mens oblita quid abſit,
Neſcio quid certe ſentit abeſſe tui.
Vtq; loqui multum de me preſente ſolebas,
Nunc quoq; naſonis nomen in ore tuo ē?
Ipſe quidem getico peream violatus ab arcu,
Et ſit periuri quam prope pena vides.
Te niſi momētis video pene omnibus abſens.
Gratia ſit menti, qualibet ire licet.
Hac vbi perueni, nulli cernendus in vrbem,
Sepe loquor tecum, teq; loquente fruor.
Tūc mihi difficile ē quā ſit bene dicere, quāq;
Candida iudiciis illa ſit hora meis.
Tunc me ſi qua fides celeſti ſede receptum,
Cum fortunatis ſuſpicor eſſe deis.
Rurſus vbi huc redij celū ſuperoſq; relinquo,
A ſtyge non longe pontica diſtat humus.
Vnde ego ſi fato nitor prohibente reuerti,
Spem ſine profectu maxime tolle mihi.

Ad Amicum quendam.

NAſo ſuo poſuit nomen cui poene ſodali
Mittit ab euxinis hoc breue carmen aquis.
At ſi cauta parum ſcripſiſſet dextra quis eſſes,

vobiſcū, et non in exilio. Redde, vicem, Fac tu idē viciſſim ad me ſcribendo. Nec rara tui, Ordo ē. Nec noſtre manus accipiant monumēta rara tui laboris, hoc eſt litteras tuas futura grata, ſcilicet nobis. Plene ſtudiorum meorum, Plene meorum carminum, que multa ad te miſi, Vel plene ſtudiorum artis poetice, quam a me didiciſti, Id quod inferius apertius exprimit. Ecqd, Nunquid. Ab his ipſis, Ab his meis ſtudijs Admoneare mei, Mei erga te ai more, vt te ſentias. Ec quibus amicis, Num aliquibus equalibus. Exigis, Requiris, et ſubaudire a quibus. Vt recitent, Vt ipſi amici ſua tibi carmina legant. Interdū queritur tua mēs, Animus tuus interdum dolet. Oblita qd abſit, O bſius hoc eſt mei, qui abſum a te obliuiſcat. Quid tui ſentit abeſſe, Quam tui partem mens tua intelligit lōge a ſe remotam, ex quo innuit ſe olim fuiſſe, quaſi dimidium anime ipſius corre. Ab arcu getico, A ſagittis, quibus gete pe vtuntur. Periuri, Mei falſo iurantis, vel hominis falſo iurantis, vt dicat afficiar ea pena; qua falſo iurantes afficiuntur. Quā prope vides, Quam penam, vt ſcilicet ſagittis geticis confodiar pene vides me affici, nā gete infeſtant quotidie hec loca vbi ſum, et parum a morte diſto. Omnibus momentis, Omnibus ſpatijs temporis. Gratia ſit, Subaudi dijs, Ago inquit dijs gratias. Sunt qui ita diſtinguant Gratia ſit menti, vel ſit menti mee gratias habeo. Qualibet ire licet,

ni conſequar et letitie eo tempore, quo tecum eſſe videor. Sit candida, Sit foelix et benigna. Illa hora, Illud tēpus, quo tecū eſſe videor. Meis iudicijs, Meis cogitationibus iudicando de animo erga me tuo. Si qua fides, Si quid mihi creditur. Cum fortunatis deis, Cum dijs foelicibus. Vbi huc redij, Vbi videor Roma in Scythiam rediſſe. Relinquo, Videor relinquere. A ſtyge, Ab inferis. Non multum diſtat, Non eſt multum diſſimilis propter eius deformitatē, quaſi dicat. Videor ad inferos perueniſſe. Vnde, A qua terra pontica. Si nitor reuerti, Si conor Romam redire. Fato prohibente, Dijs nolentibus. Tolle ſpem mihi, Adime hanc mihi ſpem redeundi oſtendendo per litteras nō poſſe fieri, vt redeam. Sine profectu, Que ſpes nihil profectura ē fruſtra.n. reditū ſpero ſi non poſſum illum conſequi.

In.vi.ep̄las enarratio.

NAſo ſuo poſuit, Ad Amicū quendā, qui nollebat a poeta in ſcriptis ſuis propter Auguſtum nominari, hanc Epiſtolam ſcribit, colligitq; nihil timendum eſſe, quandoquidem Ceſare nihil eſt clementius. Sed ſi modo hoc timet, vt amicos hunc ſcrupulum eximat, pollicetur ſe non uiterius eius nomen monumentis ſuis inſerturum. Poſtremo rogat, vt quandoquidem totum poterit ſe aperte amaré, latenter ſaltem amicitie velit meminiſſe. Ab aquis euxinis. A pontica regione. Parum cauta, Parum diſpiciens. Quis eſſes, Quomodo appellaueris te ipſum nominando.

Forſitan officio parta querela foret.
Cur tamen hoc alijs tutum credētibus, vnus
Appellent ne te carmina noſtra rogas?
Quanta ſit in media clementia ceſaris vti,
Si neſcis, ex me certior eſſe potes.
Huic ego quā patior nil poſſe demere penę,
Si iu lex meriti cogerer eſſe mei.
Nō vetat ille tui quēquā meminiſſe ſodalis,
Nec prohibet tibi me ſcribere teq; mihi.
Nec ſcelus admittas, ſi conſoleris amicum,
Mollibus et verbis aſpera fata leues.
Cur dum tuta times facis vt reuerentia talis,
Fiat in auguſtos inuidioſa deos?
Fulminis afflatos interdum viuere telis,
Vidimus, et refici non prohibente ioue.
Nec quia neptūnus nauem lacerauit vlyxis,
Leucothoe nanti ferre negauit opem.
Crede mihi miſeris cęleſtia numina parcūt,
Nec ſemper leſos et ſine fine premunt.
Principe nec noſtro deus ē moderatior vllus
Iuſtitia vires, temperat ille ſuas.
Nuper eam ceſar facto de marmore templo,
Iam pridem poſuit mentis in ęde ſuę.
Iuppiter in multos temeraria fulmina torq̄t
Qui penam culpa non meruere pati.
Obruerit cum tot ſeuis deus ęquoris vndis
Ex illis mergi pars quota digna fuit.
Cum pereant acie fortiſſima quęq;, vel ipſo
Iudice delectus martis iniquus erit.
At ſi forte velis in nos inquirere, nemo eſt,
Qui ſi quod patitur commeruiſſe neget.
Adde q̄d extinctos vel aq̄, vel marte, vel igne,

Officio, Dū credere ē officioſus. Forſitan foret parta. Forſitan foret acq̄ſita. Quia de me fortaſſe q̄rens. Alijs credētibus ēē tutū, Alijs exiſtimātibus nō ēē timēdū, ꝛ iō tutū. Hoc, Scilicet nomē ponere in meis ſcriptis. Vnus, Solus. Ne te appellent, Ne te nominēt. In media ira, In medio furore iuſtę ſuę. Clementia, Clementia pars eſt tēperantię. Eſt aūt virtus per quā animi temere in odiū alicuius ꝯcitati comitate retinentur. Clementiā ſcribit Seneca eſſe tēperantiā animi in poteſtate vlciſcēdi. Vel lenitas ſupioris aduerſus inferiorē in ꝯſtituēdis penis. Ex me, Quia cum eſſem meritus maius ſupplicium, ille clementius mecū egit, neq; tm̄ relegauit. Nil poſſe demere, Nil poſſem imminuere, et detrahere, q̄ Ceſar non potuiſſ; me mitius punire, nā ſi acerbius ſeuus fuiſſet, in me potuiſſet aliquid penę detrahi. Nil vetat ille, Nil Auguſtus ꝓhibet. Nec ſcelus admittas, Non mō nō offendes Auguſtū, ſed ne Deum quidē, qm̄ nō eſt peccatū amicū ꝯſolari. Mollibus verbis, Placido et dulci ſermone. Aſpera fata, Infortunia mea. Leues, Imminuas. Dū times tuta, Dū nō formidas ea q̄ nō poſſunt te lędere. Vt talis reuerentia, Vt talis erga Auguſtū honor et timor. Fiat inuidioſa, Inuidiam illis et detractionē ꝯciet. In deos Augu. Auguſtū et eius filios intellige. Afflatos telis fulminis, Fulmine percuſſos. Et refici, Et recreari. Nō ꝓhibēte ioue, Nō vetāte deo, q illū afflauit, Seneca in queſtionibus naturalibus (q̄d hic ēt Ouid. dēſignat) ex tribus generibus fulminū, tertiū eſſe ſcribit, q̄d ꝓprie igneū appellamus. Id aūt vrit, aut fuſcat, aut afflat, hoc quod afflat igni iniuria lędit, quā rē ēt Maro in ſcdo Æneidos tetigit eo verſu. Ex quo me pater atq; hoīm rex. Fulminis afflauit vētis, et ꝯtigit igni. Nec q̄ neptunus, Notū eſt Neptunū inſecutū fuiſſe Vlyſſem, ꝓpterea q̄ eius filiū Polyphemū occecauerat, cui naufrago

Fulmen igneum

et natanti Leucothoe maris nympha opē tulit, eū q; ſeruauit, quo exēplo docet Auguſtum minime offendi, ſi quis fuerit ſibi amicus, q̄ngdē nec Neptunus iratus eſt, q̄ Leucothoe Vlyſſi naufrago auxiliata fuit. Tēperat iuſtitia, moderatur iuſtitię habenis, q̄ cum poteſt ſit, et Poſſit pro arbitrio vlciſci delinquentes, nil facit niſi q̄d ſuadet iuſtitia. Eā, Scilicet iuſtitiā, ꝛ ſubauditur ab inferiori poſuit, hoc eſt locauit, Auguſtus. n. iuſtitię tēplū marmoreum erexit Romę. Iā pridem, Iam antequā ędificaret hoc templum iuſtitię e marmore. In ęde ſuę mentis, In theſauro ſui pectoris, hoc eſt multo antequam ędificaret ędem romę iuſtitię, colebat ipſam deam, ſic ſupra de Tiberio. Iuſtitiaq; ſui caſtos placaſſe parentes. Illo quo templum pectore ſemper habet. Iuppiter in multos, Oſtēdit Auguſtum mitiorem Ioue, Neptuno, ꝛ Marte, quandoquidem iſti ſepenumero innocentes puniunt, Ceſar vero nō niſi nocētes. Fulmina temeraria, Fulmina temere et ſine ꝯſilio iacta. Culpa, Crimine aliq̄. Deus ęquoris, Neptunus, quē Cicero in lib. ſcdo de natura deoꝝ a nādo paulū primis litteris immutatis dictū ſcribit. Vndis obruerit, Vndis immerſerit. Tot, Scilicet hoīes. Pars quota, Rara pars. Cum pereant acie, Cum in bello cadant. Fortiſſima quęq;, Vnaqueq; fortiſſima animalia, ut homines, equi, elephantes, et ſimilia. Vel ipſo iudice, Vel iudice marte. Delectus martis, Electio ipſa Martis, qui fortiſſimos tantum facit in bello cadere, ignaui vero ſeruantur. Dicitur autem Mars quaſi Mauors, q̄ magna vertat. Erit iniquus, Erit iniuſtus, quia fortes tantum perimit. In nos, In nos Romanos. Nūc colligit Ceſarem mitiorem eſſe dijs ſupradictis. Adde q̄ extinctos, Alia ratione oſtendit Ceſarem eſſe mitiorem dijs immortalibus. Vel aqua,

Vel

Vel mari. Vel marte, Vel in prelio. Vel igne, Vel fulmine. Reſtituit multos, Multis Pęnam illatã Cęſar ademit aut totã aut ex parte. Et in multis me velit eſſe precor, Et oro, vt ipſe me faciat eſſe in eorũ numero quos reſtituit, aut partẽ pęnę ademit. At tu, At tu ad quẽ ſcribo ſuppſſo noĩe. Quũ populus, Quum nos Romani. Simus ſub tali principe, Simus ſub tam clemente imperatore. Alloquio ꝓfugi, Alloquẽdo hominem ꝓfugũ et me relegatũ. Credis ieſſe metum? Credis timendum eſſe? Quaſi dicat non eſſe timendum. Dño buſiride, Si haberemus talem dominum qualis fuit Buſiris Rex Aegypti crudeliſſimus, de quo alibi diximus. Aut ſolito vrere clauſos viros in ęre, Aut domino Phalaride, qui in ęreo tauro igne ſubdito homines necabat, de quo etiam abunde alibi dictum eſt. Mitem animũ, Benignam et placidã Cęſaris mentem. Infamare, Infamia notare. Vano timore, Fruſtra timẽdo Augustus ſi te in ſcriptis meis nomino. Sęua ſaxa, Sevientes ſcopulos In aquis placidis, In aqs minime ęſtuoſis, quaſi dicat non debes temere irã Cęſaris, quum ſit mitis. Ipſe ego ꝙ primo. Rñdet hic tacite qſtioni poeta, poſſet enim ille ad quẽ ſcribit dicere. Mones me, vt non timeam Cęſarem, ſi nomen meum in tuis verſibus fuerit. At tu id feciſti in ſuperioribus verſibus, quos ad me miſiſti, nullum enim nomen tuum poſuiſti. Sine nomine, Tacito nomine meo. Sed pavor attonito, Non inquit nomen meum poſui, ꝙ Augustum timuerim, ſed quia eram attonitus. Dẽpſerat vſum rationis, Fecerat me rationis expertem. Attonito, Mihi ſtupenti hac mea ruina. Ceſſerat, Receſſerat. Meis malis, Propter hanc meam cladem. Fortunam meam, Meum infortunium. Non iram vindicis, Non iram Augusti vindicantis iniuriam a me acceptam. Terrebar titulo, Quia non audebam facere mentionẽ mei nominis in meis libellis. Admonitus, Tu a me doctus multis rationibus. Memori poetę, Mihi ouidio tui non oblito. Nomina chara, Nomina amicorum et tui. In ſuis chartis, In ſuis operibus et libris. Ambobus, Et tibi et mihi. Si ꝓximus mihi longo vſu, Si tu mihi coniunctus lõga conſuetudine, et amore. Rũpere ſomnos, Somnos inquietare pręhac cura, ꝙ moleſtum ſit nomen tuum a me poni in meis ſcriptis. Non vltra quãuis, Non vlterius ꝙ cupis. Ero officioſus, Ero plenus officij, et diligens in ponendo tuo nomine. Teq; tegam, Et te celabo. Quis ſis, Quod ſit tibi nomen. Niſi quum permiſeris ipſe. Niſi quum ipſe conceſſeris te nõ tegi. Cogetur nemo, Nemo ꝑ vim impelletur a me. Munus habere meum, Poni in meis verſibus. Vel aperte, Etiã aperte. Si illa res eſt anceps, Si res illa eſt dubia et periculoſa, vt me aperte diligas. Latenter ama, Me clam dilige et non aperte.

Nulla poteſt iterum reſtituiſſe dies.
Reſtituit multos, aut pęnę parte levavit
Cęſar et in multis me precor eſſe velit.
At tu cum tali populus ſub principe ſimus,
Alloquio profugi credis ineſſe metum?
Forſitan hęc domino buſyride iura timeres,
Aut ſolito clauſos vrere in ęre viros.
Deſine mitem animũ vano iſamare timore
Sęua quid in placidis ſaxa vereris aquis.
Ipſe ego quod primo ſcripſi ſine noie vobis,
Vix excuſari poſſe mihi videor.
Sed pavor attonito rationis dẽpſerat vſum,
Ceſſerat omne meis conſiliumq; malis.
Fortunãq; meam metuens non vindicis iras,
Terrebar titulo nominis ipſe mei.
Hactenus admonitus memori cõcede poetę,
Ponat vt in chartis nomina chara ſuis.
Turpe erit ãbobus, lõgo mihi proximus vſu,
Si nulla libri parte legere mei.
Ne tñ iſte metus poſſit tibi rũpere ſomnos,
Non vltra quam vis officioſus ero.
Teq; tegam quis ſis, niſi cũ permiſeris ipſe,
Cogetur nemo munus habere meum.
Tu quoq; quẽ poteras vel apte tutus amare,
Si res eſt anceps illa latenter ama.

In ſeptimam epiſtolã enarratio.

Ad Amicos.

Verba mihi deſunt eadem tam ſępe roganti,
Iãq; pudet vanas ſine carere ꝓces,

Verba mihi deſunt, Ad amicos e ponto ſcribens poeta de eis queritur, ꝙ ſuis precibus nullus iã finis imponatur, ſibiq; quum antea varijs Epiſtolis ab eiſdem perierit, vt ſcilicet eorum opera aut reditus aut mitius exilium ab Augusto impetretur, dicit iam verba deeſſe, variandiq; nunc eſſe materiã, ne illis moleſtus ſit ac ẽt vxori, quę pre timore non audet illi opẽ ferre, ea autem oĩa ſibi ferenda ęquo animo ꝓponit, quãquidem maiora ẽt tulerit, poſtremo in exilio ſibi moriendum eſſe colligit, quãuis ſiquis eſſet ſui ſtudioſus, Augusti ira poſſet facillime placari. Eadem, Illa ipſa, quę toties rogaui. Vanas preces, Preces meas irritas, et in caſſum miſſas. Fine carere, Nunquam ad exitum et finem perduci ſed ſemper idem precari. Tędia fieri, Subaudi a ſuperiori pudet. De ꝯſimili carmi

ne, eiusdē ſemper ſimilitudinis et materię. Quid petā, Quid a vobis exigā, hoc eſt vel reditū, vel mutaue exitū. Cūctos, Vos oēs amicos. Iā noſtis, Iā antea noviſtis. Quāuis charta ſit a vinclis non labefacta ſuis, Quāuis ingt charta vbi hęc ſcripta ſunt, non iā ſit a vobis recluſa et ſuis ſolutis vinculis ſoluta.

deliter tractare. Ad vlla mala, Ad ferenda aliqua mala. Non ſumus rudes, Non ſumus noui, ſed duri et inueterati. In geticos fines, In getarum terminos extremos. In illis, Scihot finibus. Parcaq; mea, Et mail fatum. Ad extremum, Ad vitę exitum. Quo cępit, Eo modo quo inſtituit.

Tędia conſimili fieri de carmine vobis,
Quidq; petam cunctos edidiciſſe reor.
Noſtraq; quid portet iā noſtris epiſtola, q̄uis
Charta ſit a vinclis non labefacta ſuis.
Ergo mutetur ſcripti ſententia noſtri,
Ne totiens contra q̄ rapit amnis eam.
Quod bene de vobis ſperaui ignoſcite amici
Talia peccandi iam mihi finis erit.
Nec grauis vxori dicar, quę ſcilicet in me
Quā pba tam timida eſt experiēsq; parꝫ.
Hęc quoq; naſo feres, et enim peiora tuliſti,
Iam tibi ſentiri ſarcina nulla poteſt.
Ductus ab armento taurus detrectat aratrū,
Subtrahit et duro colla nouella iugo.
Nos quibus aſſueuit fatum crudeliter vti,
Ad mala iā pridē nō ſumus vlla rudes,
Venimus in geticos fines, moriamur in illis
Parcaq; ad extremum quo mea cępit eat.
Spē iuuat amplecti, quę nō iuuat irrita ſp̄,
Et fieri cupias ſiqua futura putas.
Proximus huic gradus ē bñ deſperare ſalutē,
Seq; ſemel vera ſciſſe periſſe fide.
Curando fieri quędam maiora videmus,
Vulnera quę melius non tetigiſſe fuit.
Mitius ille perit, ſubita qui mergitur vndā,
Quā ſua qui liquidis brachia laſſat aquis.
Cur ego concepi ſcythicis me poſſe carere
Finibus? & terra proſperiore frui?
Cur aliquid de me ſperaui lenius vnquam?

Mutetur, Variet. Scripti ſententia noſtri, Inſtitutū ſcribēdi genus, quo hactenus vſus ſum. Eā ꝯ in ꝯtrarium retractet. Quā amnis rapit, Quā vos videtis. Eſt aūt ſimilitudo a nauigantibus ſumpta, qui cōtrarijs aquis nauigāt. Bene ſperaui, Bonam ſpem habui. De vobis, Vt mihi ſpes afferretis. Peccādi talia, Cōmittendi tale crimē ſi crimen dicendū eſt bene ſperare ð amicis. Iā mihi finis erit, Iā finem imponā, ꝙ de hac re nunq̄ vlterius ad vos ſcribā me vobis cōmendādo. Nec grauis vxori dicar, Nec ero vlterius moleſtus vxori meę ad eas idem etiam ſcribēdo. Quę ſcilicet in me, Quam proba tam timida eſt, Ne vxorem videatur reprehēdere, oſtendit ſe ab ea deſeri non ꝙ non ſit bona et eum nō amet, ſed ꝙ eſt timida. Experiēsq; parꝫ, Et parꝫ ſolers. Hęc quoq; naſo feres, Seipſum alloquitur, dicens ſe & laturū ea eſſe, quę in eū amici cū vxore impie pręſtitere, ſi quidē multo peiora tulit, hoc aūt dictū eſt non ſine aliq̄ felle et querella vxoris, cuius fidē et amorē cōſiderabat, vt plęriq; alij noſtri tpis, quoꝝ infinitus eſt numerus. Nulla ſarcina, Nullū onus. Ductus ab armento taurus, Taurus in domitus remotus a cęteris bobus, et aratro admotus. Et qm̄ Tauri mentionem fecimus, hoc ēt obiter doceamus. Ideo poetę ſcribunt Paſiphaen Tauri amore captā, ꝙ audiens a Dędalo de Tauro cęleſti in amorem aſtrologię deuenit, autor Lucianus in libro de aſtrologia. Detrectat, Recuſat. Et ſubtrahit, Et remouet. Colla nouellā, Colla primū ad aratrum venientia. Duro iugo, Iugo, quod ſibi durum et difficile videtur. Fatum, Deorum voluntas. Vti crudeliter, Crudeliter tractare.

Cur Paſiphae Tauri amore capta fuit

Spem iuuat amplecti, Delectat homines ſemper in ea ſpe verſari. Quę non irrita ſemper iuuat, Quę non fallax ſemper auxiliatur. Et cupias fieri, Et optes poſſe ad exitum optatum id quod ſperas pduci. Si qua futura putes, Si illud quod ſperas te aſſequi poſſe cōfidas. Senſus eſt. Spem illam amplectendam cenſeo, quę non eſt irrita, et qua ſperamus id aſſequi, quod optamus fieri. Proximus huic gradus eſt ipſi ſpei propinquus gradus eſt, primus.n. gradus eſt ſperare, quę aſſequi optamus, ſecūdus vero ea deſperare quę minime aſſequi confidimus. Bene deſperare ſalutem, Bene deponere ſpem ſalutis irritam. Scire, Intelligere. Vera fide. Certa fide. quēadmodum intelligo mihi accidiſſe, et ſpem omnem reditus mihi ſublatam. Curando quędam, Docet a ſimili maius ſibi vulnus et dolorem accidere, dum tentat redire in patriam, quam ſi deſiſteret. Curando, Dum curantur et ſanantur. Non tetigiſſe, Non agitaſſe, aut manus medicas admouiſſe. Ex quo colligit melius fuiſſe, ſi nunquam amicos oraſſet, vt pro eo reducendo laborarent. Mitius, Lenius et minori ſupplicio, quaſi dicat, melius mihi eſſet non ſperaſſe mutationem loci aut reditum, quam ſperaſſe et non habuiſſe. Subita vnda, Celeri morte in fluctibus. Quam qui laſſat ſua brachia, Quam qui natando fatigatur ne pereat, tandem perit, et ſic mors illa videtur aſperior. Cur ego concepi, Cur cogitaui. Scythicis me poſſe carere. Finibus, Poſſe me a Scythia remoueri. Proſperiora, Magis benigna. Fortuna mea, Fortuna quę mihi ſemper fuit aduerſa.

An fortuna mihi ſic mea nota fuit?
Torqueor en grauius, repetitaq; forma locorũ
Exilium renouat triſte recensq; facit.
Eſt tamen vtilius ſtudium ceſſaſſe meorum
Quam quas admorim non valuiſſe preces.
Magna quidem res eſt, quã nõ audetis amici
Sed ſi quis peteret, qui dare vellet, erat.
Dum modo nõ vobis hoc cęſaris ira negabit
Fortiter euxinis immoriemur aquis.

Ad Maximum.

Quę tibi quęrebam memorem te
ſtantia curam.
Dona tomitanus mittere poſ
ſet ager.
Dignus es argento, fuluo quoq; dignior auro,
Sed te cum donas iſta iuuare ſolent.
Nec tñ hęc loca ſunt vllo precioſa metallo
Hoſtis ab agricola vix ſinit illa fodi.
Purpura ſępe tuos fulgens protexit amictus,
Sed non ſarmatico tingitur illa mari.
Vellera dura ferunt pecudes, et palladis vti
Arte tomitanę non didicere nurus.
Foemina pro lana cerealia munera frangit,
Suppoſitoq; grauem vertice portat aquas.
Non hic pãpineis amicitur vitibus vlmus,
Nulla premunt ramos pondere poma ſuo.

Sic fuit nata mihi? Sic mihi cognita fuit, vt debe-rem ſperare nunc eam foelicius meorum actuream. Torqueor en grauius, En grauius angor, quam primo. Reperita, In memoriam reducta. Forma locorum, Species ipſa romanę ciuitatis. Exilium renouat, Facit exilium meum nouum videri. Triſte facit, Facit meſtum eſt plenũ triſtitię. Studium meorum, Conſenſum et fauorem amicorũ. Ceſſaſſe, Nihil tentaſſe de reditu meo apud Auguſtum. Admorim. Appropinquauerim ſcribendo ad vos vel admonueris. Nõ valuiſſe, Nihil mihi profuiſſe apud Auguſtum, quia amici ſui ſtra laboraſſet, et ego magis voluiſſem, Dicat ergo melius fuiſſe amicos non periſſe ab Auguſto reditum poetę, quam non obtinuiſſe, ſi periſſent. Magna quidem res eſt quam non audetis amici, Difficile inquit et arduum eſt quod non audetis pro me petere, ſed ſi quis veſtrũ peteret, quamuis ſit magnus tamen Auguſtus cõcederet. Hoc, Scilicet mori in Scythia. Dum modo cęſaris ira non negabit vobis, Dummodo vobis Cęſar iratus cõcedet, vt hic moriar, Quaſi dicat Dummodo Auguſtus non transferat me ad exilium ĩfoelicius, aut me occidat. Fortiter, Forti et conſtanti animo. Aquis euxinis, in Tomitana ciuitate proxima mari pontico, quod (vt diximus) Euxinum dicunt.

In Octauam Epiſtolam Enarratio.

Quę tibi quęrebam, Ad Maximum poeta pharetram cum ſagittis e Scythia mittens oſtendit ſe nullũ aliud munus habere rogans eum vt id accipiat, et qualecunq; boni conſulat, Eſt aũt ordo. Quęrebã quę dona et reliqua. Curam memorem teſtantia, Quę teſtarentur curam hominis tui memoris. Sed te qum donas iſta iuuare ſolent, Sed aurum et argentum magis ſoles donare alijs, quam accipere. Vllo metallo, Eſt oſtione vlluis ęris, Hoſtis ab agricola, Vix inquit Scythę hoſtes Tomitani populi permittunt agrũ coli. Vix ſinit illa fodi, Vix permittit loca illa arari. Quaſi dicat, Si in hac regione non poſſunt homines agrum colere ob hoſtilem timorem et incurſiones, multo minus eam ob cauſam poſſunt ęra foedere. Purpura, Toga purpurea Protexit, Velauit. Tuos amictus, Tuas veſtes, quę geſtabantur ſub ipſa toga. Mari ſarmatico, Mari pontico. Tingebatur autẽ purpura (vt ẽ auctor) Plinius in Tyro inſula Aſię in Menynge afrycę, et getulo littore oceani, I[?] [illegible]conica Europę, hic faſces, ſecures, q̃ romanę vias faciebant, et pro maieſtate purpura in pueritia erat, Ea diſtinguebat ab equite curiani, Dijs aduocabatur placandis, omnemq; veſtem illuminabat, in Triũphali miſcebat auro, Fuit aũt purpurę vſus ſemp Romę, vñ Sidonius poeta populum romanũ Blattiferũ appellat, Conchiliũ n. vulgo Blattã dicunt vnde Blatteũ pro purpureo, et Blattiferũ populũ hoc ẽ Blattã et purpurã ferentẽ dicimus. Et legimus Neronem ſolitum piſcari retibus Blatteis funibusanne xis. Vellera dura, Lanas villi craſſioris et pexis veſtibus alienas, qualeſ ſunt in Iſtria et Liburnia, pilo enim propiores ſunt, quam lanę. Ferunt, Generant. Arte palladis, Arte lanificij cui preeſt pallas. Tomitanę nurus, Foeminę Tomitanę ciuitatis. Frangit cerealia munera, Molit frumenta. Pro lana, Loco lanificij. Suppoſito vertice, Suppoſito capite, ita etiam ferunt nunc aquam in oppidis Delmatię tanta agilitate, vt mireris. Grauem aquam, Graue vas aquę. Hic, In agro Tomitano. Amicitur, Integitur, maritatur. Vlmus enim marita vitium a ſcriptoribus appellatur. Pãpineis vitibus, Vitibus pãpinos in palmitibus habẽtibus. Hoc ĩõ dicit, q̃ illic nullę arbores naſcebant, vt alibi plenius docuimus. Premunt ramos, Ramos onerant

purpura vbi tinge batur

Blattiferi romani Blatta Blatteus

Triſtia deformes pariunt abſynthia campi,
Terraq; de fructu ꝙ̄ ſit amara docet.
Nil igitur tota ponti regione ſiniſtri,
Quod mea ſedulitas mittere poſſet, erat.
Clauſa tamē miſi ſcythica tibi tela pharetra
Hoſte precor fiant illa cruenta tuo.
Hos hȝ hęc calamos hos hęc hēt ora libellos
Hęc viget in noſtris maxime muſa locis.
Quę qq̄ miſiſſe pudet, quia parua videntur,
Tu tamen hęc queſo conſule miſſa boni.

Ad Brutum.

Quod ſit in his eadem ſententia brute libellis,
Carmina neſcio ques carpere noſtra refers.
Nil niſi me terra fruar vt propiore, rogare,
Et quam ſim denſo cinctus ab hoſte loqui
O quam de multis vitiuȝ reprehēditur vnū,
Hoc peccat ſolum ſi mea muſa bene eſt.
Ipſe ego librorum video delicta meorum,
Cum ſua plus iuſto carmina quiſq; ꝓbet
Autor opus laudat, ſic forſitan actius olim
Therſiten facie dixerit eſſe bona.
Iudicium tamen hoc noſtrū nō decipit error

Triſtia abſynthia, Amara Abſynthia, quę herba vulgo in Scythicis cāpis naſcebatur, vt ſupius diximus. Deformes cāpi, Cāpi inculti, et iō carētes forma, aut ꝙ habent ſola Abſynthia. Terraq;, Et ager Tomitanus. De fru. De abſynthio herba amara. Pōti ſiniſtri, Pōticę regionis infœlicis, aut orā illā accipe, vbi exulabat quę ex italia eo nauigantibus ſiniſtra eſt.

Sedulitas — Mea ſedulitas, Meum ſtudiū et diligentia in pergrendo aliquo munere te digno, Sedulus enim auctore Marcello et Donato dicitur ſine dolo et inſtanter. Cicero, Idq; quum ſentias ſedulitate mihimet ipſi ſatisfacere nō poſſum. Clauſa pharetra, incluſa in ipſa theca. Tela ſcythica, Sagittas, quibus Scythę vtuntur. Fiant cruenta, Cruore hoſtili madeant, quum in prelium ibis. Hos calamos, Hęc ſcribendi inſtrumēta, nā romani calamis ſcribunt, Scythę vero ſagittas faciunt, quas quottidie tractant, vt nos romani libros et calamos.

Hęc muſa, Tale ſtudiū. Intelligit aūt ſtudium iaculandi, quo aſſidue exercebant Scythę vt nunc Turcharū gēs a Scythis etiam orīunda. Quę quamquam miſiſſe pudet, Quāuis pudore afficiar huiuſmodi parua munera ad te mittere. Hęc miſſa, Hęc dona ad te data. Conſule boni, Hoc eſt bonum iudices, in bonam partē accipias, Conſulere enim veteres pro iudicare dixerunt, vnde adhuc remanet illud. Rogat boni conſulas, ideſt bonum iudices, auctor Fabius.

Cōſulere conſule boni

In Vltimam Epiſtolam Enarratio.

Quod ſit in his eadem ſententia, Ad Ouidiū ſcripſerat Brutus quendam carpere eius carmina, q in his nil aliud contineretur, quam querela locorum, in quibus exulabat, rogaretq; vt frueretur propiore terra, Cui poeta reſpondet dicens in ſuis carminibus plura eē vitia, foreq; bene ſi vnum tm̄ vitium in eis deprehenderetur, cur autem ea non emendet, cauſas aſſignat, poſtremo reſpondens ad ea, quę Brutus ſcripſerat, rationem refert, quare idē ſępius ſcripſerat. Quod, Quia. Eadem ſententia, Eadem materia, qua viſum etiam in reliquis huius operis libellis, ſcribit enim ad Brutum, mittitq; libellum etiam iſtum, ad quem primum huius operis librum miſerat, vt in eius prima epiſtola apparet. Nil niſi me terra. Ordo a ſuperiore dependet refers neſcio quē carpere noſtra carmina dicendo me nil rogare niſi, vt fruar et reliqua.

Niſi vt fruar ꝓpiore terra, Niſi vt romanę vrbi propius mihi exilium aſſignetur. Ab hoſte denſo, A frequenti Scytharū acie. quę Tomitanam vrbem infeſtat. O quā bene eſt, O quantum bene eſt. Reprehenditur, Si arguitur. Peccat hoc ſolum, Hoc vnum crimen admittit. Bene eſt, Bene ſe res habet. Video delicta, Video plures errores, quam vnum tantum. Plus iuſto, Plusquā ęquum ſit, Solent enim cęteri ꝓbare maxime carmina ſua, ego vero contra illorum inſtituta mea damno. Auctor opus laudat, Solent reliqui auctores opera ſua probare.

Sic forſitan accius olim Therſiten facie, Forſitan inquit quia auctores ſolent opera ſua probare, Accius poeta ea ratione in opere ſuo dixit Therſiten fuiſſe pulchra facie, quum illo neminem grecorum turpiorem ad troianum bellum veniſſe ſcribat Homerus vt alibi etiam diximus, L. autem Accius poeta Tragoediarum ſcriptor natus fuit Mancino et Serano conſulibus parentibus libertinis, et ſeni iam Pacuuio Tarenti ſua ſcripta recitauit, a quo et Fundus Accianus iuxta Piſaurum dictus fuit, quia illuc inter colonos fuerat ex vrbe deductus, Fuit etiam Alter poeta Accius Labeo, cuius Iliadem Perſius notauit ceu imperitum opus et inſanię plenum, quum dixit. Non eſt hic Ilias Acci. Ebria veratro, de quo hic intelligit Ouidius. Therſiten, Grecum illum hominem, quem pugno percuſſum Vlyſſes occidit. Facie bona, Pulchra et eleganti facie. Non decipit noſtrum iudicium, Non fallit meum iudicium, quod eſt de carminibus meis, Error cum iudicium noſtrum fallit.

L. Accius poeta Fundus accianus Accius labeo poeta

quum

quum mala noſtra carmina, bona eſſe credimus, et ſic erramus. Quicquid genui, Quicquid cõpoſui, Quę.n. compoſuimus ab auctoribus eleganter nunc gigni dicũtur, nunc liberi appellãtur. Cur igit peccem? Cur igitur erro? Si me videam delinquere, Si cognoſco me errare. Crimen ineſſe ſcripto? Errorem eſſe carminibus meis? Non eadẽ ratio eſt, Non idẽ eſt modus, reſpondet autem Bruti obiectioni. Sentire et demere morbos, Cognoſcere et curare infirmitates. Hoc eſt non poſſum errorem dephendere, et corrigere, diuerſis enim modis hęc fiũt, nam ſi qs vult doctũ & elegans carmen cõponere, carere debet omni moleſtia. Vnde poeta alibi ita inqt. Quia carmina lęta ſunt opus, et pacem mẽtis hre volunt, pôt ergo poeta inquietus et malis obrutus carminis errores cognoſcere, ſed non põt eos corrigere pptr animi (vt diximus) moleſtiam, q nõ vtitur eadem rõne in vtraq; re, ſed diuerſa, vtitur at poeta hic eleganter metaphora a medicis ſumpta. Senſus ineſt cunctis, Omnibus eſt intelligentia, hoc eſt tam lętis, q̃ afflicti errores intelligũt. Tollit arte malum, Vitium carminis non idiget ſolum vt deprehendat, ſed arte opus eſt, q̃ non põt niſi a lęto animo proficiſci. Relinquo, Omitto .s. verbũ mutandum in carmine meo, et ſubiungit cauſam.

Indicium meum, Meum ſenſum et intelligẽtiã erroris. Et vires, Et ars mea ẽ iõ carminis, q nõ pficiſcitur a lęto animo. Deſtituũt, Deſerũt. Sępe piget, Sępe et tedet. Aliam etiam rõnem oſtẽdit, qua indiciũ deſtituit. Onus longi laboris, Onus corrigẽdi, Difficilius eſt.n. carmen corrigere, quã componere. Scribentem iuuat ipſe fauor, Reſpõdet tacitę Antipophorę, poſſet Brutus dicere, cur reliquos poetas nõ piget corrigere. Scribentem, Poetam cõponentem. Ipſe fauor, Populi ſcpbos illud grande, quo delectabant animi glorię et laudis cupidi. Minuitq; laborem, Et leuat corrigendi difficultatem. Cum ſuo pectore, Cum ſua mẽte, q̃ inflatur furore poetico, vel cum ſua doctrina et ſtimulis furoris, qui in pectore et corde excitantur. Et opus creſcens, Et carminum numerus multiplicans. Feruet, Calore animi et glorię accenditur aneſcit, aut frequentabit? Vergilius. Feruet opus, redolentq; thymo fragrãtia mella. Magis ardua, Magis difficilis, quam ſcilicet componere. Ariſtarcho, Homeri interprete, Fuit enim Ariſtarchus optimus grammaticus Alexandrinus lege, oriundus e Samothracia, patrem etiam Ariſtarchum habuit, floruit olympiade clvi. ſub Ptolemęo philometore, cuius et filium erudiuit, Scripſit commẽtarios ſupra mille, Fuit diſcipulus Ariſtophanis grãmatici, deceſſit in Cypro ſcipſum cibi abſtinentia necans in morbo Hydropeſcos ętatis ãno xxij. Filios reliqt Ariſtarchum, et Ariſtagoram ambos ſtultos, auctor Suidas, Ælianus tradit hunc tã caſtigato fuiſſe indicio, vt Homeri verſus non putaretur, quẽ ipſe non pbaret, Fuit et Ariſtarchus Tegeates poeta Tragicus tẽpore Euripidis, q pro recepta ſalute Æſculapio fabulam vouit, Fuit et alius Ariſtarchus epheſi tyrãnus, auctor Suidas. Sic animum lento, Ordo eſt. Corrigere ſic lędit animum et reliqua.

Ariſtarchus

> Nec quicquid genui protinus illud amo.
> Cur igitur ſi me videam delinquere peccem?
> Et patiar ſcripto crimen ineſſe rogas?
> Non eadem ratio ẽ ſentire & demere morbos,
> Senſus ineſt cunctis, tollitur arte malum.
> Sępe aliquod verbũ cupiẽs mutare relinquo,
> Iudicium vires deſtituuntq; meum.
> Sępe piget (quid.n. dubitem tibi vera fateri)
> Corrigere. & longi ferre laboris onus.
> Scribentẽ iuuat ipſe fauor, minuitq; laborẽ.
> Cumq; ſuo creſcens pectore feruet opus.
> Corrigere at res eſt tanto magis ardua, quãto
> Magnus ariſtarcho maior homerus erat.
> Sic animum lento curarum frigore lędit,
> Vt cupidi curſus frena retentat equi.
> Atq; ita dij mittes minuãt mihi cęſaris irã,
> Oſſaq; pacata noſtra tegantur humo.
> Vt mihi conanti nonnunq̃ intendere curas,
> Fortunę ſpecies obſtat acerba meę.
> Vixq; mihi videor faciam qd̃ carmina ſanus
> Inq; feris curem corrigere ipſe getis.
> Nil itẽ eſt ſcriptis magis excuſabile noſtris,
> Quã ſenſus cunctis pene q̃ vnus ineſt.

Ariſtarchus poeta

Lędit animum, Mentem grauat et moleſtia afficit. Lento frigore curarum, Quadã pigricia curarum, quę animum lentum lędunt. Vt cupidi curſus frena retentat equi, Sicut frena retentant equum cupidum curſus, eſt autem figura Hypallage quę a nobis dicitur ſubmutatio quum verba per aduerſum intelliguntur qua frequenter vtũtur poetę. Vergilius Dare claſſibus auſtros. Retentat, Remoratur. Dij mites, Dij placidi. Tegãtur, Tumulentur. Pacata humo, Terra pacifica. Vt, Sicut. Intendere curas, Dimittere curas, vel curas corrigendi carminis mei apponere et dirigere. Fortunę meę, Mei exilij. Acerba ſpecies, Triſtis forma. Videor mihi ſanus. Appareo mihi eſſe ſanę mentis, quandoquidem ſcribo carmina, quę ſolent prouenire non niſi ab animo ſereno, Eſt alia cauſa, qua dicit eius ingenium nõ acuendi, ſed torpeſcere. Magis excuſabile, Magis dignum excuſatione. Quam q vnus ſenſus, Quaſi q vna et eadẽ ſententia triſtis, et lugubris, nec poſſum in luctu facere bonũ carmen, et ideo nil magis eſt dignum excuſatione in meis libris, q̃ propter hanc ſolam cauſam, q merror non ſinit me

Leta fere letis cecini, cano triſtia triſtis,
Conueniens operi tempus vtrunq; ſuo eſt
Quid, niſi de vitio ſcribam regionis amarę?
Vtq; loco moriar commodiore precer?
Cum totiens eadem dicam, vix audior vlli,
Verbaq; profectu diſſimulata carent.
Et tamen hęc eadē cū ſint, nō ſcribimus ijſdē
Vnaq; per plures ars mea tentat opem.
An ne his vt ſenſum lector reperiret eundem
Vnus amicorum brute rogandus erat?
Non fuit hoc tanti, confeſſo ignoſcite docti,
Vilior eſt operis fama ſalute mea.
Deniq; materiā quā quis ſibi finxerit, ipſe
Arbitrio variat multa poeta ſuo.
Muſa mea ē īdex nimiū quoq; vera malorū
Atq; incorrupti pondera teſtis habet.
Non liber vt fieret, ſed vt ſua cuiq; daretur,
Littera propoſitum curaq; noſtra fuit.
Poſtmodo collectas vt cūq; ſine ordine iunxi
Hoc opus electum ne mihi forte putes.
Da veniā ſcriptis, quorū non gloria nobis
Cauſa, ſed vtilitas officiumq; fuit.

Publij Ouidij Naſonis de Ponto Liber Tertius Explicit.

carmina eleganter componere, et emēdare. Pene ineſt cunctis, Quaſi eſt omnibus meis ſcriptis, in his enim tractatur pene eadem materia triſtis, et meſta. Leta, Res hilares et plenas letitię. Leti, Nondum relegatus, et ideo letus. Triſtia Res luctuoſas. Triſtis, Meſtus. Tempus vtrunq;, Tps ē letitię ē triſtitię. Et cōueniēs ſuo operi, Decet ſuā materiā, vt.s. res leta ſcribatur leto tpe et triſtis triſti. Quid niſi de vitio, Probat eo tpe nil poſſe a ſe ſcribi, niſi triſte et queri de triſti regione vbi exulabat. Regionis amarę? Regionis ponticę plenę amaritudinis? Alludit autem ad terrā, quā dixit ferre Abſynthia herbas amaras. Loco cōmodiore. Terra magis propinqua romę. Eadē dicam, idem querar. Vix audior vlli, Vix vllus amicus me auſcultat ea querentem nedum opē fert. Verba diſſimulata, Verba mea, quę amici diſſimulant, et oſtendunt aut non accepiſſe litteras meas, aut verba mea non intellexiſſe. Carent profectu, Carent vtilitate, q̄ nihil mihi proficiūt. Quum hęc ſint eadē, Quāuis hęc quę ſcribimus cōſtent ex eadē materia, et idē tractēt, hoc eſt, quum triſtia deſcribantur. Nō ſcribimus ijſdem, Non eodē modo et exēplo, ſed diuerſis carminibus et diſſimilibus verbis litteras mittimus. Et vna mea ars. Et vna mea ſcribendi facultas. Per plures, Per diuerſas vias. Tentat opē, Querit auxilium, quum me cōmendo oībus amicis. An ne his vt ſenſum. Senſus eſt, o Brute debui ne tantum vnus amicum rogare, vt mihi opē tularetur, nec ad cęterorū et preſidium cōfugere, idq; hanc ob cām ne mihi obijceretur, q̄ idē ſenſus reperitur in meis carminibus, et q̄ in his nulla eſt varietas, quę legētibus maxime lenocinatur, ſed idem ſenſus, idemq; argumentum, et iō carmen meum vt inconcinnū, debeo ne mqȝ famā tāti facere, vt nō prius habenda ſit rō ſalutis meę. His, Subaudi meis ſcriptis. Vnus amicorū, Solus tm̄ amicus. Nō

fuit hoc tanti, Non tanti facio ſcilicet idem ad vnū tm̄ ſcribere, vt in reliquis propter gloriam laborē, ſuſcipiendo aliam materiam, ſcribo enim quę vtilē mihi maxime eſſe intelligo in hoc opere, nō quę ornamento. Fama operis. Fama quā cōſequerer opus ſcribendo, quod varias materias cōplecteret. Salute mea, Meo reditu in patriaȝ, cuius rei gratia hęc ſcribo, q̄ continentur in hoc opere. Deniq; materiā. Oſtendit licere alijs poetis vti varietate in ſcribendo poemate, qđ ſibi non licet. Quam quis ſibi finxerit, Quā ſibi aliquis poeta fictē ſcribendam ſuſceperit, non veram, vt mea eſt. Suo arbitrio, Sua voluntate, quia qui fingit poteſt materiaȝ ipſam etiam variare. Muſa mea eſt index, Ego inquit non fingo in hoc opere, ſed nīmium vera deſcribo. Eſt nimium vera index malorum, Nimis vere mala mea indicat et exponit. Pondera teſtis incorrupti, Efficaciam hominis in teſtificādis, et comprobandis illis minime aut prece aut precio corrupti, teſtes enim plerūq; his duabus rebus corrumpi ſolent. Vt fieret liber, Vt opus excreſceret. Sua littera, Sua epiſtola. Fuit propoſitum, Fuit materia mihi propoſita. Curaq; noſtra, Et noſtra ſolicitudo an mens. Collectas, Coactas litteras iſtas. Vtcunq;, Qualitercunq; potui, hoc eſt tam bonas, quam malas epiſtolas, vel non ſeruato ordine temporis. Electum mihi, Collectum a me eligendo tantum bonas epiſtolas. Da veniam ſcriptis, Ignoſce huic operi de ponto. Non gloria, Quia non ſcripſi hęc glorię cupiditate. Sed vtilitas, Sed commoduȝ, Quia ſcripſi eam ob cauſam, vt ſcribendo reditum procurarem. Officium, Et vt in re mea facerem quod deberem, et eſſem erga me ipſum officioſus.

BARTHOLOMÆI MERVLÆ PROTHONOTARII APOSTOLICI IN QVARTVM ET VLTIMVM OVIDII LIBRVM DE PONTO ENARRATIONES.

teſtaretur. Officio pio, Huic officioq; pietati erga te. Ira ſit non grauis, Ira tua q te nominem nõ ſit moleſta, Legitur & ita. Officio non grauis ipſa pio, vt dicat.. ipſa mens tua non ſit tibi moleſta hac mei officij pietate, et gratitudine, q te nominẽ in ſcriptis meis. In iſtis libris, In hoc de põto opere. In nullo loco, In nulla pagina. Alijs, Reliquis amicis. Nomen. Scilicet eoꝝ ad quos ſcribebam. Retulit, poſuit. In ceras In tabulas ceratas De xtra inſcia, Manus mea ignara, q nomẽ tuũ poneret. Ipſe error, Eiuſmodi inſcitia dextre ponentis nomen tuum, quum ad alios vellem ſcribere. In talibus mendis, in eiuſmodi erroribus. Et litura. Et complanatio ac expunctio nominis tui. Manu inuita, Manu recuſante delere nomen tuum. Viderit, Prouiderit, Quaſi dicat, faciat qd velit Sextus Põpeius, ſi nomẽ eius retuli. Ad ſummũ, Poſtremo, Tãdẽ.

PVBLII OVIDII NASONIS DE PONTO LIBER IIII.

Ad Sextum Pompeium.

Accipe põpei deductum carmen ab illo.
Debitor eſt vitę qui tibi ſexte ſuę.
Qui ſeu non prohibes a me tua nomina poni,
Accedet meritis hęc quoq; ſumma tuis.
Siue trahis vultus eqdem peccaſſe fatebor,
Delicti tamen eſt cauſa probanda mei.
Non potuit mea mens, eſſet qn grata teneri,
Sit precor officio non grauis ira pio.
O quotiens ego ſum libris mihi viſus in iſtis
Impius, in nullo quod legerere loco.
O quotiens alijs vellem cum ſcribere nomen
Rettulit in ceras inſcia dextra tuum.
Ipſe quidem placuit mendis in talibus error,
Et vix inuita eſt facta litura manu.
Viderit ad ſummum dixi licet ipſe queratur,
Ah pudet offenſam non meruiſſe prius.
Da mihi ſi qd ea eſt hebetantẽ pectora lethen
Oblitus potero non tamen eſſe tui.
Idq; ſinas oro, nec faſtidita repellas,
Verbaq; nec officio crimen ineſſe putes.
Et leuis hęc meritis referatur gratia tantis,
Si minus inuito te quoq; gratus ero.

Accipe Pompei deductũ carmen ab illo, Ad ſextum Pompeium ſcribens poeta, impium eſſe dicit, q nuſquam illum in ſuis ſcriptis nominauerit, quandoquidem eius erga ſe beneficia tanta ſunt, vt nulli obliuioni ea eſſe debeãt, poſtremo fatetur ſe ſeruatum eſſe eius opera, cuiusq; munere ſe viuere. Carmen deductum, Carmen ſubtile et tenue, Translatio eſt a lana, quę in tenuitatem deducitur, Macrobius libro ſexto Satur. ſcribit Deductus tenue et ſubtile ſignificare, Hinc ait Afranius, Voce deducta, Pomponius itẽ vocem deductas oportet. vt mulieris videantur verba. Ab illo, A me Ouidio. Qui eſt debitor ſuę vitę, Qui vitam ſuam tibi acceptam refert. Seu nõ prohibes, Seu non vetas et recuſas. A me tua nomina poni, A me carminibus meis referri nomen tuum.

Hęc ſumma, Hęc officij magnitudo ſcilicet q patiaris te in meis ſcriptis nominari. Accedet tuis meritis, Addetur reliquis tuis beneficijs. Siue trahis vultus, Siue frontem contrahis, et iraſcens, q ponas in meis ſcriptis tua nomina. Equidem peccaſſe fatebor, Equidem profitebor me peccare ponendo nomen tuum, quum id recuſes. Cauſa mei delicti, Cauſa huius mei peccati q ponam tua nomina in meis ſcriptis contra tuam voluntatem. Eſt probanda, Eſt laudanda, quia cupio te immortalem fieri meis carminibus, non autem vt te lędam. Non potuit teneri. Non potuit cohiberi. Eſſet quin grata, Quod nõ gratitudinem tuorum officiorum aliqua ex parte

Licet ipſe queratur, Licet de me queri poſſit, q eũ nomino. Offẽſam nõ meruiſſe prius Non multo antea poſuiſſe tuum nomen, et te ita leſiſſe. Da mihi lethen, Da mihi flumen illũ q obliuionem inducit. Hebetantẽ pectora, Pectora obtuſa ac obliuioſa reddentẽ. Si qd ea eſt, Si verũ ẽ hoc flumẽ ſit apud inferos. Idq; ſi oro. Et precor, vt id permittas me tui nõ obliuiſci, qd tũ facies, qũ ſines me nomẽ tuũ ponere i meis ſcriptis Nec faſ.re.ver. Nec reiicias v̄ba mea tuũ nomẽ cõplectẽtia tãq̃ rẽ moleſtã. Officio, Pietati huic erga te meę. Et hęc leuis gratia, Et hęc parua gratitudo, q nomẽ tuũ cõſacro imortalitati. Referatẽ tantis meritis. Reddatur tantis tuis erga me officijs, qñq̃dẽ aliter nõ poſſum. Si mi. Si nõ permiſeris me referre hãc grãm. Te inui. Te nolẽte. & renitente.

Nunq̃ı pigra fuit Nũq̃ defuit. Noſtris rebus, In noſtris neceſſitatibus, Tua gratia, Tuus fauor et beniuolẽtia. Munificas opes, Diuitias hominis munifici et liberalis. Subitis fatis, Subito caſu

Nunquam pigra fuit noſtris tua gratia rebus
Nec mihi munificas arca negauit opes.
Nunc quoq; nil ſubitis clementia territa fatis
Auxilium vitę fertq; refertq; meę.
Vnde rogas forſan fiducia tanta futuri,
Sit mihi. quod finxit quiſq; tuetur opus.
Vt venus artificis labor eſt & gloria coi,
Aequoreo madidas quę pmat imbre comas.
Arcis vt actęę vel eburna vel ęrea cuſtos,
Bellica phidiaca ſtat dea facta manu.
Vēdicat vt calamis laudes quos fecit equorꝫ,
Vt ſimilis verę vacca myronis opus.
Sic ego ſum rerum non vltima ſexte tuarum,
Tutelęq; feror munus opusq; tuum.

Ad Seuerum.

Q Vod legis o vates magnorum maxime vatum,
Venit ab intonſis vſq; ſeuere getis.

et infortunio meo,et hac relegatione. Clem. tua, Lenitas tua. Fert, Dat. Refertq;,Et iterum dat, hoc ē cumulate reddit. Vnde, qua de cauſa. Futuri, Futurę opis tuę. Quod finxit quiſq; tuetur opus Reſpondet poeta ſe in eo ideo ſpem habere,q eſt opus ipſius,et vnuſquiſq; opus quod fecit tueri ſolet. Finxit, Formauit hinc figuli dicti ſunt. Vt venus artificis,Venerem illam intelligit, quam pinxit Apelles cous e mari exeuntem,eam Diuus Auguſtus dicauit in delubro patris Cęſaris cuius inferiorem partem corruptaꝫ qui reficeret, non potuit inueniri vt ē auctor Plinius,et nos alibi plura diximus. Artificis coi, Appellis coi pictoris,ex his poetę verbis patet Apellem ab Ouidio Coum appellari, quāuis Strabo illum Epheſium fuiſſe ſcribat, ſic alibi Si venerem cous nūquam pinxiſſet appelles. Sunt tamen ex neotericis quidam, qui ita legunt Si venerem cois nunquam pinxiſſet apelles, ſed hi vehementer errant,quandoquidem et hic poeta illum coum artificem appellat,et in verſu pręallegato cous non cois in omnibus exemplaribus legitur.

Venus e mari exiens

Apelles cous

Anadyomene

Concha erycina

Labor eſt,Opus eſt. Quę premat comas. Quę capillos premere videbatur et aquam exprimere.

Madidas imbre ęquoreo, Madefactos capillos aqua ęquoris, vnde videbatur emergere, e mari enim natam Venerem fabulantur poetę, et ideo eam Plinius Anadyomenem vocatam fuiſſe ſcribit Dyomne enim ſummergor. Ana exitu degnat quaſi ſummerſiones exitans et ad littus enatans et emergens ſiue exiens e mari concha. quę ob id Erycina a poetis appellatur, Propertius Et venite rubro concha erycina mari, et alibi. Molliora cōchis galle cytheriacis. Arcis vt actęę, Phidias(vt Plinius ſcribit)pręter Iouem olympiadem, quem nemo ęmulatur fecit et ex ebore ęque Mineruam athenis,que fuit in parthenone viginti ſex cubitorum ſtans,ebore hęc et auro conſtabat, ex ęre vero etiam fecit Mineruam tam eximię pulchritudinis,vt a forma cognomen acceperit,de quibus hic poeta intelligit,Fuit et in arce athenarum Minerue ſimulachrum,de quo fama increbruit, q de cęlo ceciderit,vt meminit Pauſanias. Quod autem Parthenonis ſuperius fecimus mentionem,vt id quoque obiter doceamus,ſciendum eſt ita vocatum fuiſſe Minerue templum, vt docet Plutarchus,et Pauſanias,ita cognominatum a virginitate Propterea q Mineruam virginem appellabant. Fuit autem Fanum illud ad Acropolim curante pericle conditum ab Ictino archītecto vt docet Strabo,Ictini meminit Vitruuius. Arcis actęę, Arcis Athenarum. Cuſtos bellica, Dea belli Minerua Arcium cuſtos,et preſes. Vergilius. Pallas quas condidit arces. Ipſa colat. Cur autem Pallas preficiatur arcibus docet Martianus Capella. Stat,Non ſedet, ſed erecta et ſtans poſita fuit vt diximus quare locus ille paulo ante adductus nō ſtās vt neoterici quidam perperam corrigunt, ſed ſtans legi debet.

Minerua athenis in parthenone

Parthenonis fanum

Locus plinij reſtitutus

Manu phidiaca, Manu phidię Athenienſis, qui floruit olympiade octuageſima tertia circiter trecenteſimo romanę vrbis anno, de altero phidię ſimulachro ęneo ita ſcribit Pauſanias, Duo munera ſpoliorum decimę athenis ſunt ęneum palladis ſimulachrum Phidię opus de Medis dicatum, qui ꝑ Marathonem deſcenderunt, Minerue Phidię meminit et Cicero in paradoxis. Vendicat vt calamis,Calamis ſui temporis egregius artifex fuit, fecit enim quadrigas maxime celebres, de quo ita Plinius ſcribit, Habet ſimulachrum benignitas eius Calamidis enim quadrigę aurigam ſuum impoſuit,ne melior in equorum effigie in homine defeciſſe crederetur,ipſe calamis et alias quadrigas bigasq; fecit,equis ſemper ſine ęmulo expreſſis, Explodenda eſt eorum opinio,qui in hoc verſu Ouidij Calain,non Calamin legendum putant, cum ille a Quintiliano et ceteris ſcriptoribus Calamis appelletur. Vt ſimilis vere,De Myrone ac eius vacca,ita etiam Plinius ſcribit,Myroneꝫ eleutaris natum et ipſum Ageladis diſcipulum bucula maxime nobilitauit celebratis verſibus laudata, quoniam alieno plęriq; ingenio magiſquam ſuo commendantur. Similis verę Similis vaccę viuę. Nō vltima,Non poſtrema res.ſed inter tuas numeranda. Tutelę,Defenſionis tuę.

Phidias

Calamis

Myronis vacca

In Secundam Epiſtolam Enarratio.

Q Vod legis o vates. Ad Seuerum poetam ſcribit hanc epiſtolam Ouid. ſe multis rōnibus excuſans,q nōdū eius nomen ſuis ſcriptis celebrarit,quis tamen nunquam ceſſauerit ad eū epiſtolas proſaica oratione ſcriptas mittere.

Quod legis, Hanc. s. epiſtolam. Ab intonſis getis

Cuius adhuc nomē noſtros tacuiſſe libellos,
Si modo permittis dicere vera pudet.
Orba tamen numeris ceſſauit epiſtola nūq̄,
Ire per alternas officioſa vices.
Carmina ſola tibi memorem teſtantia curā,
Non data ſunt,qd enim q̄ facis ipſe dares?
Quis mel ariſteo:q̄s baccho vina phalerna?
Triptolemo fruges?poma dat alcinoo?
Fertile pectus habes,interq; helicona colentes
Vberius nulli prouenit iſta ſeges.
Mittere adhuc carmē,frōdes erat addere ſiluis
Hec mihi cunctanti cauſa ſeuere fuit.
Nec tamen ingeniū nobis reſpondet vt ante,
Sed ſiccum ſterili vomere litus aro.

gētis, Ab incultis et imperitis illis populis. Adhuc tacuiſſe,In hunc uſq; diem non expreſſiſſe. Orba numeris,Carens pedibus,qbus verbis ſe ſoluta oratione ad eum ſcripſiſſe exprimit. Nunq̄ ceſſauit ire, Nunq̄ intermiſſa eſt, quin mitteret ab vtroq; nrm. Per alternas vices, Viciſſim et alternatim veniendo nunc a me ad te,nunc a te ad me Sola carmina, Soli verſus ſuis pedibus aſtricti, quos nunq̄ ad te ſcripſi. Curas memorem, Amorem hominis tui memoris. Quid enim que facis ipſe darem? Cur debeo tibi ea afferre,quorum tu es optimus artifex, Eſt autē ratio cur non dederit ad Senecam carmina. Quis mel ariſteo? Ariſteus(vt ſcribit Diodorus Siculus)ex Apolline ac Cyrene ipſei filia genitus eſt, de cuius genere ita tradūt. Quum Cyrene apud Peleū virgo educaret, Apollo eius forma captus raptam virginem in Libyam vexit ad ea loca,in qbus poſtmodum ciuitas cōdita eſt ab eius nomine Cyrenes,ex ea filium ſuſcepit Ariſteum, quem infantem tradidit nymphis nutriendum,a qbus quum lac coagulare,mel atq; oleum cōficere didiciſſet,primus ē in vſum hominum traduxit, a poſteriſq; meritis honoribus, vt deus cultus eſt. Quis bac.vi. falerna? Subaudi per oia ab inferiori verbum dat, Falernum aūt pro oī vino ſpeciem pro genere poſuit, Bacchus ſane primus apud grecos vini vſum repperit, vt ſcribit Diodo. Siculus,et Martianus Capella. Triptolemo fru. Ceres frumenti,quod forte inter alias herbas naſcebatur ignotum ceteris prima vſum adinuenit, docuitq; hoies naſcendi ſeruandiq;,et ſerendi modū, Eſt aūt ab ipſa frumentum ante genitam proſerpinam repertum,nam poſt eius a Plutone raptus, frumenta oia cum in Iouis odium, tum pp dolorem filię incendiſſe ferunt,Sed ea inuenta et recōciliatam eſſe Ioui,et Triptolemo frumenti dediſſe ſemen,mandaſſeq; vt cum oibus id donis participaris modum ſeminandi monſtraret. Nōnulli(vt ſcribit Diodo.) de frumenti inuentione ſecus ſentiunt , penes ſe eam primo deam apparuiſſe, frumentiq; naturam et vſum penes ſe repertum aſſerentes.Nam tradit ab ęgyptijs . Cererem et Iſidem eandem eſſe deam,primamq; in ęgyptum attuliſſe frumentum nilo ęgypti campos irrigante, oiq; regione ad ferendos fructus optime ſita, Athenienſes quis inuentionem frumenti fateant,volunt tū aliunde in Atticam delatum,locumq; qui id primum donum ſuſceperit Eleuſinam appellāt, eoq; ab alijs id ſemen ad eam oram ſit aſportatum,Siculi quum inſula Cereri ac proſerpinę ſacra exiſtat,

ęquum cenſent frumenti vſum eī primum patrię fuiſſe oſtenſum,quas in primis amarit, Haud .n. veriſimile eſt eam regionem quam vt propriam Ceres admodum fructiferam conſtituiſſet, poſtremas huius beneficij participem effeciſſe, preſertim qu3 in ea inſula et filię raptus contigiſſet,et frugum eſſet fertilis, vbi et ſua ſponte naſcatur ordeum ac frumēta. Poma dat alcinoo? Alcinous rex Phęacus,vt li.vij.Odyſſeę ſcribit Home.filius fuit Nauſithoi,Hortos hūit cultiſſimos.Vnde Maro ita cecinit. Pomaq;,et Alcinoi ſilue Et Ouidi.in meta.Proxima Phęacum fęcundis obita pomis. Hortos ſane antiquitas mirata fuit , auctore Plinio, Heſperidum regum Adonis, et Alcinoi, itemq; penſiles ſiue illos Semiramis, ſiue Aſſyrię rex Cyrus fecerit Hortum et coluit Tarquinus ſuperbus,Athenis primus hortum coluit et in vrbe Epicurus hortorum magi,Tutelę veneris horti a Planto aſſignātur. Fertile pe.ha.Eſt tibi inquit abunde doctrina. Inter co.heli.Inter poetas colentes muſarū loca,vt eſt helicon mons boetię. Huberius nulli, Nulli q̄ tibi copioſius,Huber autem licet ſint qui ſine aſpiratione ſcribant,ego tamen cum aſpiratione ſcribere ſoleo , et ita feciſſe eruditos noſtri aui aliquot annotaui,nam q̄uis ſint qui hoc nomen a Grēco voce deduci velint,magis tū placet eorum opinio,qui Huber ab humero deduci exiſtimāt,vt tuber a tumeo,mutata lrā in b verſa,Locatenim arida infoecunda ſunt,humida vero fertilia, et mulierum hubera ſi humore careant, carebunt et lacte, quā rem vr etiam Maro nobis indicare voluiſſe,quum dixit Cogite oues pueri.ſi lac preperit ęſtus.Vt nuper fruſtra preſſabimus hubera palmis, vt dicat ſi ęſtus humorem preperit,atq; areſcerit, fruſtra hubera omni humore carentia exprimemus.Tumeo aūt licet primam corripiat.Tuber tū producit,qd in multis,ē preſertim vbi fit aliqua lrārum immutatio vſu venit. Iſta ſeges,iſta ſcientia artis poeticę, loquit autem metaphorice. Ad hunc, Ad te Senecam doctiſſimum poetam,In quibuſdam exemplaribus ita legitur,Mittere adhuc carmen. Frōdes erat addere ſiluis,Mittere ad te carmina,idem erat qd nemoribus frondes afferre, qbus non carent. Hęc cauſa Hęc ratio. Mihi cunctanti,Mihi tardanti ad te ſcribere. Siccum litus,Materiā et campum ſine humore, intelligit autem per ſollicitudinem ſcribendi materiam meſtā ſe ſumpſiſſe Vnde nullus poſſit fructus et honor emanare neq; gloria aliqua prouenire. Sterili vomere,Exercitatione ſcribendi demiſſa.

Alcinous ē eius horti Horti celebres apud priſcos.

Huber ſcribendū cum aſpiratione

Scilicet vt limus venas excęcat in vndis,
 Lęſaq; ſuppreſſo fonte reſiſtit aqua.
Pectora ſic mea ſunt limo vitiata malorum,
 Et carmen vena pauperiore fluit.
Si qs in hac ipſum terra poſuiſſet homerum,
 Eſſet (crede mihi) factus & ille getes.
Da veniam faſſo, ſtudijs quoq; frena remiſi,
 Ducitur & digitis littera rara meis.
Impetus ille ſacer, qui vatum pectora nutrit,
 Qui prius in nobis eſſe ſolebat, abeſt.
Vix venit i partes, vix ſumptę muſa tabellę
 Imponit pigras pene coacta manus.
Paruaq; ne dicam ſcribendi nulla voluntas
 Eſt mihi nec numeris nectere verba iuuat.
Siue qd hinc fructus adeo nō cępimus vllos,
 Principium noſtri res fuit iſta mali.
Siue qd i tenebris numeroſos ponere greſſus
 Quodq; legas nulli ſcribere carmen obeſt.
Excitat auditor ſtudium, laudataq; virtus
 Creſcit & immenſum gloria calcar habet
Hic mea cui recitē, niſi flauis ſcripta corallis?
 Quaſq; alias gentes barbarus hiſter habet?
Sed quid ſolus agam? quaq; infoelicia perdā,
 Ocia materia, ſurripiamq; diem?
Nam neq; me vinū, nec me tenet alea fallax,
 Perq; clam tacitum tempus abire ſolet.
Nec me, quod cuperē, ſi per fera bella liceret,
 Oblectat cultu terra nouata ſuo.
Quid niſi pierides ſolatia frigida reſtant,
 Non bene de nobis quę meruere deę?
At tu cui bibitur foelicius aonius fons,
 Vtilius ſtudium quod tibi cedit, ama.

Scilicet vt limus. Quemadmodum limus nō permittit aquas ex venis percurrere, ſic mala occludunt et remorantur copiam carminis et venam poeticę maieſtatis. Excęcat ve. Venas obturat. Et aqua lęſa, Et aqua occluſa ipſo limo. Suppreſſo fonte. Remorato aquarum impetu & copia. Reſiſtit, Reluctatur ipſi limo difficile et vix paulatim erumpēdo. Limo malorū aggeratione incōmodorū. Vitiata. Corrupta. Vena pauperiore. Vena minus diuite, & tanquam malis occluſa. In hac terra, In Tomitana ciuitate. Ipſum Homerum. Illum ipſum poetarū patrem. Eſſet factus getes. Redditus fuiſſet poetices quaſi expers, vt ſunt getę, quorum terras ego incolo. Faſſo. Mihi confitēti. Studijs quoq; frena remiſi. Intermiſi etiam ſtudium litterarum. Ducitur meis digitis, Scribitur mea manu. Littera rara, Carmē raro a me factum. Impetus ille ſacer, Ille furor poeticus et Apollineus. Abeſt. Procul eſt. Vix venit in partes. Legitur etiam vix venit ad partes, hoc eſt vix ad officium ſuum redit, officium autem muſę eſt poetę inuocanti adeſſe, vel certe vix in Scythiam venit. Vix imponit pigras manus, Vix tardas manus adhibet. Tabellę ſumptę, Chartę ad ſcribendum paratę. Ne dicam nulla. Ne nullam ſcribendi voluntatem appellem. Nectere verba numeris, Pedibus et numeris aſtringere, hoc eſt carmina componere. Hinc, Ex his verſibus. Vllos fructus. Vllam vtilitatem immo diſpendium, q eorum cauſa relegatus ſum. Res iſta, Poetica facultas. In tenebris. In locis vbi non legātur. Numeroſos greſſus. Pedes ſuis numeris et greſſibus aſtrictos. Ponere ſcribendo collocare. Quod nulli legas, Quod nulli recites. Excitat ſtudium. Excitat diſciplinam, ſeu ardorem poetę. Sic et Claro. Honos alit artes, omneſq; accenduntur gloriae cupiditate. Laudata, Ab alijs probata. Immenſum calcar, Immenſum ſtimulus. Hic, In Scythia. Mea ſcripta. Mea carmina. Niſi flauis corallis, Coralli populi fuere in ora pōtici maris, de quibus ita meminit Valerius Flaccus. Denſiq; leuant vexilla coralli, poſt quos ſtatim ſubiungit, Baſternas, quos Batarnas appellat, ait.n. Illinc inuratos i ſe trahit ea Batarnas, eoſdē Plutarchus Galatas ē nolatos ſcribit, Flauos autem corallos appellat alludens ad Corallij rubentis baccas. Quaſq; alias gentes. Et alijs gentibus ſubaudi. Solus, Sine vllis amicis, quaſi dicat nullum aliud ſolatium relictum eſt pter muſas, et ideo ſe triſtem non poſſe ſcribere, quę delectant. Quaque materia, Et quo genere oblectamenti. Perdam. Conſumē. Terrā. Ocia infoelicia. Vacationes a ſtudijs poeticis mei ifoelicis. Surripiamq; diem. Clam rapiam totum diem. Surripimus enim diē quando vocamus alicui rei iocoſę, ita vt dies elabatur. Vinū, Vini compotationes, de quibus etiam intellexit Oratius eo verſu. Nec regna vini ſortiere talis. Alea fallax, Ludus alęę, qui ludentes fallit. Perque. Per quos ludos & vinum. Tacitum tēpus. Tēpus quod ſenſim labitur, nec intelligitur. Si per fera bella liceret. Si getę et hoſtes finitimi non inſtarēt agrum Tomitanum. Suo cul. Sua cultura. Terra nouata. Terra inouatione pſciſſa. Solatia fri. Paruę et remiſſę ɔſolationes. Eſt autem Appoſitio figura. Quę non bene me. de no. Quę mihi nocuerunt, earum ſiqdem cauſa relegatus ſum. Bibitur foelicius, Fęcūdius et vberius haurit, ā a me. Aonius fons, Aqua quę eſt in eo fonte aonię muſis ſacro, quem ferunt poetę pegaſum effodiſſe, cuius aquam potabant poetę, Vnde ait Perſius. Nec fonte labra proluī caballino. Vtilius ſtu. Studiū poeticę artis cōmodius tibi ā mihi. Quod tibi ce

Coralli
Baſternę
Galatę

Sacráq; muſarū merito cole, quodq; legamus
Hinc aliquod curę mitte recentis opus.

Ad Amicum.

CONquerar? an taceam? ponam ſine nomine crimen?
An notus quis ſis oībus eſſe velim?
Nomine non vtar, ne cōmendere querela,
Quęraturq; tibi carmine fama meo.
Dū mea puppis erat valida fundata carina,
Qui mecum velles currere primus eras.
Nunc, q: contraxit vultum fortuna, recedis,
Auxilio poſtq̄ ſcis opus eſſe tuo.
Diſſimulas etiam, nec me vis noſſe videri,
Quisq; ſit audito nomine naſo rogas.
Ille ego ſum (q̄q̄ non vis audire) vetuſta
Pene puer puero iunctus amicitia.
Ille ego qui primus tua ſeria noſſē ſolebam,
Qui tibi iucundis primus adeſſē iocis.
Ille ego conuictor denſoq; domeſticus vſu,
Ille ego iudiciis vnica muſa tuis.
Ille ego ſum, qui nunc an viuā pfide neſcis,
Cura tibi de quo querere nulla fuit.
Siue fui nunquam charus, ſimulaſſe fateris,
Seu non fingebas inueniere leuis.
Aut age dic aliquam quę te mutauerit iram,
Nam niſi iuſta tua eſt, iuſta q̄rela mea ē.
Quod te nunc crimen ſimilem vetat eē priori,
An crimen, coepi quod miſer eſſē, vocas?
Si mihi rebus opem nullam factisq; ferebas,
Veniſſet verbis charta notata tribus.
Vix equidem credo. ſed ⁊ inſultare iacenti,
Te mihi nec verbis parcere fama refert.
Quid facis ab demens? cur ſi fortuna recedat

ſit. Quod ſibi fauet et ſe concedit. Hinc, In Scythi am. Recentis curę Nouę ſolicitudinis, quibus ver bis nouum opus exprimit.

In Tertiam Epiſtolam Enarratio.

COnquerar an taceam? Amicum ſuppreſſo nole taxat, eiusq; pfidiam ac leuitatem oſ̄dit, q quum antea a teneris annis ſecum coniunctiſſime ſemper vixerit. tandem in aduerſa eius fortuna non modo eum deſerit, ſed etiam ſimulat ſe non cognoſcere, poſtremo illum monet, vt fortunę variantis viciſſitudines, et leuitatem ante oculos ponat, ſibi enim idem etiam poſſe contingere commemorat, quod multis viris illuſtribus, qui in excelſo faſtigio poſiti mutata fortuna ad miſerrimam conditionem peruenere.
Conquerar? Debeo de te queri? An taceam? An tacendo non queri? Ponam ſine nomine crimen? An debeo tantum crimen tuum ſuppreſſo nomine in hoc carmine oſtendere. Quis ſis. Quod ſit nomen tuum. Nomine non vtar. Cauſam aſſignat cur nomen ſupprimat. Nec commendere querela, Ne lauderis ſi de te querar. Videtur enim nomina celebrari, quum ſcriptis quomodocunq; commemorantur. Dum mea puppis Dum mea fortuna. Erat fundata Erat ſtabilita.
Valida carina. Firmo pręſidio. Qui velles currere mecum Qui velles vti mea conſuetudine.
Contraxit vultum Irata eſt ⁊ rugoſa me facie coepit intueri. Recedis. Me deſeris recedendo ab officio amicitię. Diſſimulas etiam Etiam oſtendis me non noſſe. quum optime noueris. Quis ſit naſo. Quis ego ſim. Tua ſeria. Quę a te ſerio non ioco fiebant. Adeſſe, Prope eſſe et ſubandi tur ſolebam a ſuperiori. Conuictor. Qui ſimul tecum viuebam. Denſo vſu, Frequenti conſuetudine. Tuis iudiciis, Quia ita de me iudicabas. Vnica muſa, ſolus poeticę artis peritus, tanquam eſſem ſola muſa. Ille ego ſum qui nunc an viuam. Ordo eſt. O perfide qui nunc neſcis an viuam, ego ſum ille de quo nulla cura fuit tibi querere. Siue fui nunquam charus, Amici leuitatem taxat poeta oſtendēs aut eum ſimulaſſe illum amare, quem nunquam amarit, aut reuera non finxiſſe, ſed vere eum amaſſe et vtroque modo dicit eum fuiſſe leuitatis crimini obnoxium.
Simulaſſe fateris. Oſtendis te finxiſſe amare quem non amare quem non amabas, et ideo inuenieris ſimulator.
Seu non fingebas. Seu vere amabas, ſed nunc me deſerendo ſine vlla culpa leuis etiam videris.
Quę te mutauerit. Quę te alienauerit. Niſi iuſta tua eſt. Niſi querela tua habuerit iuſtam mecum ſuccenſendi cauſam. Querela mea. Mea lamentatio de te, q me deſerueris. Eſt iuſta. Quia iuſte de te queror. Quod crimen. Quod tuum erratū.
Similem priori. Talem qualis eras prius erga me. Quod coepi eſſe miſer. Quod coepi habere fortunam mihi aduerſam.
Veniſſet verbis. Saltem verba ⁊ litteras ad me miſiſſes. Sed fama refert. Sed quamuis ego vix credam vulgo tamen dicitur. Et te inſultare, mihi iacenti. Etiam te me miſerum deridere. Nec verbis parcere. Nec a verborum inſectatione abſtinere. Si fortuna recedat. Si fortuna tua ſecunda te quoque deſerat vt me fecit.

Naufragio lachrymas eripis ipſe tuo?
Hęc dea non ſtabili quam ſit leuis orbe fatetꝛ,
Quę ſummum dubio ſub pede ſemp hȳt.
Quolibet eſt folio ⁊ quauis incertior aura,
Par illi leuitas improbe facta tua eſt.
Omnia ſunt hominum tenui pēdentia filo,
Et ſubito caſu quę valuere ruunt.
Diuitis audita eſt cui non opulentia Croeſi?
Nēpe tamen vitam captus ab hoſte tulit.
Ille Syracuſia modo formidatus in vrbe,
Vix humili durum repulit arte famem.
Quid fuerat magno maius? tñ ipſe rogauit,
Summiſſa fugiens voce cliens opem.
Cuiq; viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipſe magis.
Ille Iugurthino clarus cymbroq; triumpho

Naufragio tuo, Tuo aliquo infortunio, quod tibi poteſt ↄtingere. Eripis lachrymas, Eripis dolorem meum et amicoꝝ, qui ſi viderint quod contra me fueris, et ꝙ fueris in me crudelis i hac mea calamitate, idem quoq; mecum in te efficient, quibus verbis monet vt timeat fortunę vices, poſſe. n. dicit ipſum quoq; fortunę telis ↄſterni, et ꝑ prudentiꝰ facere colligit, ꝙ ea crudelitate et exemplo, ſi quid ſibi aduerſi ↄtingeret, neminem haberet q eius caſu doleret, et eo pacto priuat ſe ea re imprudentia ſua. Hęc dea, Fortūa ipſa. Nō ſtabi. orbe, Pila volubili et vaga vt diximus ſupra. Quā ſit leuis, Quam ſit volubilis.

Quę habet ſummū, Quę fortuna ſummā partem orbis et pilę non ſtabilem tenet et immotam, Sed in ꝑcipiti orbe aſtat. Sub pede dubio, Sub incerto pede et inſtabili.

Hoī nihil firmum Et quauis aura, Et quolibet vento. Par illi, Aequalis illi leuitate fortunę. Omnia hominum, Res omnes mortalium. Sunt pendentia, Sunt nixa et ſuſtentata. Tenui filo, Tenui retinaculo et fir

Dionyſij ⁊ Democlis hiſtoria mamento. Videtur autem poeta hęc de Dionyſij hiſtoria traxiſſe, et ad eam alludere, Nam Dionyſius aulę Siculę Tyrannus Democli vni ex aſſentatoribus ſuis ſolam beatam vitam exiſtimanti volens ꝙ perpetuo metu miſera, ꝙ impēdentiū ſemp periculoꝝ plena eſſet oſtendere, gladium vagina raptum, et a capulo de filo tenui pendentem mucrone demiſſo iuſſit familiaris illius capiti inter epulas imminere. Quumq; ille et Siculas et Tyrannicas copias preſentis mortis periculo aſpernaretꝛ, talis eſt inquit Dionyſius vita quam beatam putabas, ſic nobis ſemper mortem imminentem videmus, Exiſtima ergo quando foelix eſſe poterit, ꝗ timere non deſinit. Hiſtoria nota eſt, ſed eas vnus omnium elegantiſſime Cicero refert in. v. Tuſculanarum queſtionuꝫ libro. Et quę valuere, Et quę

Exēpla fortunę variātis fortia fuere. Ruunt ſubito caſu, Subito corruūt.

Croeſus rex Lydię Diuitis audita eſt, Croeſus rex fuit Lydię potentiſſimus ac ditiſſimus, in bello tamen victus ⁊ captus a Cyro Perſarum donatus eſt vita. Hiſtoriaꝫ refert elegantiſſime. Herodotus in primo libro.

Diōyſius rex pueros docuit Tulit vitam, Vitę beneficium accepit. Ab hoſte, A Cyro Perſarum rege. Ille Syracuſia, Dionyſium Siciliē Tyrannum dicit virum omni turpitudine repletum, qui (vt docet Cicero in libro quarto Tuſculanarum queſtionum) Syracuſis pulſus, corinthi ludum aperuit ac pueros docuit, ſicque imperio carere non potuit, De eo lege Iuſtinum

in libro decimonono. Humili arte, Vili arte docendo pueros. Durum famem, Durum egeſtatē. Pōpeij Maga

Quid fuerat magno maius? Pompeij etiam exēplo oſtendit fortunam in rebus omnibus dominari, nec quicquam certū eſſe in hominum vita.

Tamen ipſe rogauit, Tamen ipſe Pompeius poſt cladem acceptam in campis pharſalicis a Cęſare in Ægyptuꝫ fugit ad opes Ptolemęi regis, cuius patrem in clientelam ſuſceptū eo tempore, quo Romaꝫ venerat, multis beneficijs ↄciliauerat. Sūmiſſa voce, Humili voce. Opem cliens, Auxilium contra Cęſareꝫ a rege Ægypti cliens ſui, quemadmodum fuerat eius pater Romę vt diximus. Rogauit, Rogatū iuit, non eniꝫ ad regis cōſpectum vt id peteret potuit peruenire, i ſcapha nanq; e naui delatus antēq in littus deſcēderet ad regem, ab eius ſatellitibus occiſus eſt, vt refert Plutarchus.

Cuiq; viro totus, Sunt qui hęc ad magnum referant Alexandrum, qui a ſuis veneno dato perijt, vt docet Plutarchus, et Quintus Curti. Magis placet vt coniunganꝰ hęc duo carmina cum ſuperioribus, et ad Pompeium referantur, quem poeta dicit factum eſſe magis indigum omnibus propterea ꝙ eius cadauer inhumatum iacuiſſet in littore Ægyptio, niſi eius libertus Philippus quadaꝫ ſulmet tunica illud circūuoluiſſet, reperiſſetq; reliquias veteris ſcaphę, quibus vix potuit pyram neceſſariam ſtruere, tanta fuit fortunę indignitas vt qui de tribus orbis partibus triūphaſſet, vt docet Plutarchus, ad extremum vitę in littore egyptio nudus et abiectus iacuerit omnium rerum indigus.

Effectus indigus, Fuit factus ɔgenus, Subaudiꝰ autem verbum fuit. Eſt autem ordo. Et ipſe vir cui totus orbis terrarum paruit, fuit effectus magis indigus omnibus. Magis omnibus, Magisquam cęteri mortales. Ille Iugurthino, Marium intel- Marius arpinas ligit, qui obſcuro genere ortus i vico Arpinati prę clarus fuit imperator, et Iugurtham Numidię regem deuicit, vt docet Saluſtius, Plutarchus, et Appianus, poſtmodum cum Catulo miſſus contra Cimbros et Theutones, victoriam pulcherrimam reportauit, adeo vt eum Populus Romanus tertium Romę conditorem appellaret, Sex conſulatus vt nemo alius geſſit, poſtea a Sylla pulſus ex vrbe in Minturnenſi palude delituit, ſed inuentus poſtea ęgre dimiſſus in Libyam nauigauit, Inde tādem Romam rediit, et poſt ſeptimum conſulatū quum variantis fortunę vices expertus eſſet, i mag

lamincidit

lam incidit valitudinem, et quum per ſeptem dies paulatim deficeret, diem ſuum obijt, Sunt qui (vt docet Plinius de viris illuſtribus) ſcribant eum de ceſſiſſe morte voluntaria. Cimbroq; triumpho, Cimbri populi fuere Germanorum, q lingua gallica (vt ſcribit Pompeius) latrones dicunt. Flamingos quidam eos nunc dici putant, hos olim inundans oceanus fugauit, et quum Romanorum fines inuaderent, ac magna clade primum Romanos affeciſſent a Mario in Italia in campo raudio delati ſunt, vt Florus ac Plinius de viris illuſtribus docent. In cę. Ma. iacuit Marius in Cāpania diluuit ē limo, et i paludibus Minturnarum, quum Syllę rabiem effugeret. Iuuenalis. Exilium ē carcer minturnarūq; paludes, Et mendicatas victa Carthagine panis, plura exequit Lucanus de Marij fortuna, et latebris Minturnenſibus, nos ea breuitati ſtudentes ꝯſulto ſtudioſis relinquimus, ſatis eſt carmen enarraſſe, et ad id facientia loca aſſignaſſe. Pertulit ē multa. Et alia ē expertus eſt, vt ſamum. Ludit. Quaſi ludum exercet. Et pręſens hora. Et pręſens temporis momentum. Vix habet certam fidem. Vix certi quiddam quod credi poſſit continet. Littus ad euxinum. In ex lium Tomitanę ciuitatis, quę eſt in littore maris Euxini, quod alio nomine ponti cum dicimus. Si quis mihi diceret. Si quis mihi dixiſſet. Tempus pro tempore. Arcu getę. Getarū ſagittis. Ibibe dixiſſem. Illum reieciſſem tanquā inſanum, et dignum purgari elleboro nigro, quę herba naſcebatur plurima in Anticyra, quę eſt inſula pertinens ad regionem phocaicam in corinthum verſa, habuitq; oppidum eiuſdem nominis, vt docet Liui. in lib. y. de bello Macedonico, ibi Elleborus tuto ſumebatur, vt ſcribit Plinius. Perſius. Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam. Tonſori licino permiſeris. Nigrum autem Veratrum auctore Plinio, medetur paralyticis inſanientibus, hydropicis, Eſſe autem eius duas ſpēs ſcribit Gelli. Vtruſq; ait vi eſſe, vt humores noxios, in quibus cauſę morbo⁊ ſunt, extrahat. Eſſe autem periculum, ne inter cauſas morborum omni corporis via patefacta, ea Quoq; ipſa, in quibus cauſa viuendi eſt, exhauriantur, et ſic homo intereat. Sane elleborus ſine aſpiratione ſcribendum eſt, quamuis non deſunt qui aliter ſcribendum pręcipiant. Vocatur autem Elleborus apud Italos Veratrum, vt ſcribit Plinius libro vigeſimoquinto De eo plura legito apud Gellium libro decimoſeptimo. Purgantes pectora ſuccos. Herbarum ſuccos purgātes pectora, et inſaniam, inſanientibus enim medebatur. De Elleboro aūt m plura legito apud Plinium et Cornelium Celſum. Si tamen hęc paſſus. Tamen ſuz relegatus ad oram ponticam, quod non credideram. Si mortalia poſſem. Subaudi cauere. Et, Etiam. Summi dei. Vel Auguſti, vel re vera dei, vt ex eorum ſententia dicat, qui fatum eſſe ineuitabile credidere. Quorum opinionem elegantiſſime tāgit eminentiſſimus poeta Æneidos libro ſeptīmo. dum inquit. Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum, de fato autē plura apud Ciceronem Macrobiū et alios latinos ſcriptores legito. Nos vero alibi abunde diximus. Theologi autem duplex fatum eſſe autumant, vnum quod ē deus glorioſus, vt cauſa ſine qua non. aliud quod eſt nouus effectus in ſubiecto creato abſq; diuini intellectus mutatione, quod alio nomine ab ipſis pręſtinatio nuncupatur. Aſſeuerant enim theologi. Deum optimum maximum bifariam in humanis agere. Mediate ſcilicet et ſine medio. Primo modo omnia ex nihilo fabrefecit, ſecundum tamen ydeam ſuam, i qua omnia ab ęterno comprehenduntur ē relucent, quę inquantum nulla concurrente materia producta ſunt ab ipſa ydea differunt, et hoc ex recte philoſophantium ſententia diuinus Plato imaginatus eſt cum ydeam ſuam, quam Clocodeam nominauit in lunari orbe repoſuit, quicquid dicat in ipſum Ariſtoteles. Alio modo agit altiſſimus aliquo medio interueniente. Et cum hac diſtinctione diluunt theologi omnes controuerſias in materia fati contingentes Nam homo pręſtinatus, quoad primam creationem eſt deus, cum deus et ydea idem ſunt ex maxima propoſitione theologica, qcquid eſt in deo eſt ipſe deus, et hoc primo modo fatum acceptum eſt immotuz, ſed quo ad ſecundam creationem nouam mediatam inquantum ſubiectum eſt nouum ſui quātitatem tempus locum ⁊c. homo minime de neceſſitate pręſtinat, neq; fato vt poetę fingūt ſubicit, cum exiſtat pdeſtinatus pro modo quo deus in humanis agit, et hoc pacto pdeſtinauit beatū Paulum cum omnibus operibus ſuis quę operatus eſt, et propter merita, quę fuere ſemita ad beatitudinem ipſum beatificauit, quę omnia in ipſo deo ponere neceſſum fuit, habita diuinę iuſtitię ratione et liberi hominis arbitrij, ac humanę prudentię: Alioqui ſi mediate et primo modo beatus Paulus pręſtinatus fuiſſet ineffabilis deus de iniuſtitia redargueretur, quod nephas eſſet dicere. Poſſe fieri triſtia. Poſſe tibi triſtitiam afferre.

Quo victrix totiens conſule Roma fuit.
In coeno Marius iacuit canaq; paluſtri,
Pertulit ē tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam pręſens vix habet hora fidem.
Littus ad Euxinum ſiquis mihi diceret ibis,
Et metues arcu ne feriere getę,
Ibibe dixiſſem purgantes pectora ſuccos,
Quicquid ē in tota naſcitur Anticyra.
Sum tñ hęc paſſus, nec ſi mortalia poſſem,
Et ſummi poteram tela cauere dei.
Tu quoq; fac timeas, ē quę tibi lęta videntē,
Dum loqueris fieri triſtia poſſe puta.

Ad Sextum Pompeium.

NVlla dies adeo eſt auſtralibus hu-
mida nimbis,
Non intermiſſis vt fluat imber
aquis.
Nec ſterilis locus vllus ita eſt, vt nō ſit ī illo,
Mixta fere duris vtilis herba rubis.
Nil adeo fortuna grauis miſerabile fecit,
Vt minuant nulla gaudia parte malum.
Ecce domo patriaq; carens oculiſq; meorum,
Naufragus in getici littoris actus aquis.
Qua tamen inueni vultū diffundere cauſa
Poſſim, & fortunę non meminiſſe meę.
Nā mihi cum fulua triſtis ſpatiarer harena,

In Quartam Epiſtolam Enarratio.

NVlla dies adeo eſt, Ad Sextum Pompeium ſcribens poeta, nullam rem tam triſtem eſſe dicit, quę non habeat aliquando aliquid lętitię, quod ſibi contigiſſe oſtendit, cum enim triſtis in littore pōtico ſpaciaretur, fama ei nūciauit Sextum Pompeium conſulem deſignatum eſſe, quam rem dicit maximas ſibi lęticias attuliſſe, poſtmodum dolet nō poſſe cum magiſtratum inibit, pompę illi intereſſe, mente tamen conſpecturum ſe eius vultum & oīa colligit, poſtremo illum precatur, vt aliquando ſui recordet, quod ſi fecerit, exilius ſibi initium futurum dicit, Quinto autem āno exilij poetę, quo Auguſtus perijt, conſules erāt Sextus Apuleius, et Sextus Pompeius iſte ad quem ſcribit hanc Epiſtolam poeta. Adeo eſt humida, Adeo ē pluuioſa, quaſi dicat, nulla dies adeo eſt pluuioſa, quę aliquando ſit ſerena nube intermiſſa. Nimbis auſtralibus, Nimbis ab auſtro venientibus, Auſter enim ventus eſt, qui a meridie flat, ab hauriendis aquis dictus, vt quidam putant, gręce (vt ſcribit Gellius) Notus appellatur ab humore, quoniam eſt nebuloſus, atq; humectus, νοτὶς enim gręce humor nominatur. Vt imber fluat, Vt pluuia cadat, hoc eſt non ſemper pluit, ſed poſt pluuiam ſequitur etiam ſerenitas vt eſt in trito prouerbio. Quaſi dicat poeta poſt hāc meam triſtitiam ſubſecuta eſt lęticia de conſulatu Pompeij, nec ſemper in eadem triſtitia permanſi. Non intermiſſis aquis, Non ceſſantibus, nec ſemper cadentibus pluuijs. Eſt ita ſterilis. Eſt ita minus fertilis.

Auſter

Notus

Vtilis herba, Herba ferens aliquam vtilitatem.

Duris rubis, Duris ſpinis vt ſunt cardui, et paliuri et cętera huiuſmodi, et quoniam de Cardhis mentionem fecimus, ſciendum eſt in his ſatiuum quoddam genus eſſe Carduorum, cuius Plinius meminit in libro decimonono his verbis. Certum eſt quippe Carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamque pręcipue ſeſtertium ſena milia e paruis his reddere, quoniam portenta quoque terrarum in ganeam vertimus, etiam ea quę refugiunt quadrupedes conſcię. Carduos ergo duobus modis ſeruunt et reliqua, et vt hęc Plinij verba intelligas, ſcias eum loqui de eo genere Carduorum, quos edimus, et qui in cibis tā crudi, q̄ cocti gratiſſimi ſunt ſaporis, quorum Romę magnam copiam vidimus, ibi enim iucundiores eſſe videntur, quamuis et aliunde ad vrbē nauibus e locis finitimis conuehantur in maxima copia, adeo vt etiā per vrbem venales frequenter circumferantur, et inde maxima pecunię vis colligitur, vt non mirum videatur, ſi etiam Plinij euo Carthago, et Corduba e paruis his ſena milia ſeſtertia reddebāt, vt queratur idem auctor huiuſmodi terrarum portenta in ganeam verſa, incipiūt autem circa menſem Aprilis, et Romę lingua vernacula appellant vulgo Artichiochos, ſeu Carzocolos, eos apud nos elegantiſſime vnus omnium deſcripſit Columella de cultura hortorum his ſubditis verſibus a paucis q̄ ſciam adhuc intellectis cinaraſq; appellauit, et ita a Cretenſibus lingua eorum vernacula etiam appellari accepimus a Reuerendo Epiſcopo Famaguſtano noſtro Mathia Vgonio Brixiano, qui pręter multiplices diſciplinas, quibus dię celſitudini, et omnibus charus eſt, ac ingenij ſolertiam et leporem, tanquam alter Vlyſſes mores multorum nouit et vrbes Verſus igitur Columellę hi ſunt. Hiſpida ponatur cinara, quę dulcis Iaccho Potanti veniat, nec phoebo grata canenti. Hęc modo purpureo ſurgit glomerata corymbo. Myrtiolo modo crine viret, deflexaque collo. Nunc adoperta manet. Nunc pinea vertice pingit. Nunc, ſimilis calatho ſpinisq; minantibus horret. Pallida nonnunquam tortos imitatur achantos. De generibus Carduorum Plinium legito, et palladium in libro quarto, vbi de eorum cultura plenius tractat.

Cardui ſatiui

Plinij locus

Carzocoli

Mattias Vgonius Eps famaguſtanus

Cinara Columellę verſus a paucis intellecti

Fortunā grauis. Difficilis et moleſta fortuna.

Nil adeo miſerabile. Nil tam infoelix. Minuant malum. Miſeriam et infortunium leuent.

Nulla parte. Nulla ſui portione. Senſus eſt. Nil homini accidit tam infoelix, vt etiam non ſit aliqua lęticia, quę leuet partem aliquam infoelicitatis. Carens. Scilicet ego Ouidius. Oculiſque meorum. Et pręſentia amicorum. Naufragus, Facto a me naufragio et periclitatus, hoc eſt miſer et calamitoſus vt ſunt naufragi. Getici littoris. Orę ponticę. Actus. Agitatus, impulſus. Poſſim diffundere vultum. Poſſim faciem exhilarare. Et non meminiſſe. Et non eſſe memor, ſed obliuiſci. Meę fortunę. Meorum malorum, quę aſſidue inter Getas patior. Fulua arena. In littore Tomitano. A tergo Poſt tergum. Penna. Pennarum et alarum ipſius famę ſonitus.

Verba hęc. Tales ſermones. Lętarum rerum. Rerum plenarum lęticię. Conſule Pōpeio, Ponę

pelo deſignato conſule. Candidus, Pulcher, beni/gnus. Et foelix. Et foelicitatem afferens. Proximus annus, Annus ſequens. Pontum, Ponticam oram. Dea, phama ipſa. Inter noua gaudia. Per hanc nouam lęticiam, quam accepi de cõſulatu Pompeij. Excidit, obliuioni tradita eſt.

tiſſime apud latinos ſcriptores et grecos. Reſeraueris, Aperueris, contra. claudere pro finire ponitur. A ſacro menſe. A Ianuario ſacro Iano deo. Erit pulſus. Erit exactus et quaſi finitus et expulſus. Purpura ſummi honoris. Veſtis purpurea ſigne ſummorum honorum et magiſtratuũ, vt erat cõſulatus.

Viſa eſt a tergo penna dediſſe ſonum.
Reſpicio nec corpus erat qđ cernere poſſem,
Verba tamen ſunt hęc aure recepta mea.
En ego lętarum venio tibi nuncia rerum,
Fama per immenſas aere lapſa vias.
Confide Pompeio quo nõ tibi charior alter,
Candidus & foelix proximus annus erit.
Dixit & vt lęto pontum rumore repleuit,
Ad gentes alias hinc dea vertit iter.
At mihi dilapſis inter noua gaudia curis,
Excidit aſperitas huius iniqua loci.
Ergo vbi iane biceps longũ reſeraueris annũ,
Pulſus & a ſacro menſe december erit.
Purpura Pompeiũ ſummi velabit honoris,
Ne titulis quicquam debeat ille ſuis.
Cernere iã videor rumpi pene atria turba,
Et populum lędi deficiente loco.
Templaq; tarpeię primum tibi ſedis adiri,
Et fieri faciles in tua vota deos.
Colla boues niueos certe prębere ſecuri,
Quos aluit campis herba faliſca ſuis.

Iniqua aſperitas huius loci, Duricies iniqua terre Tomitanę. Longum annum, Annum quem ſol. xij. conficit mẽſibus, longum enim appellat ad differentiam menſis, vel ex affectu poetę, cui prę nimio deſiderio tardus ẽ lõgior videtur incipere. Anni communis Latinorum ſententia tres tantum modo numero reperiuntur. Lunaris quidem primus omnium breuiſſimus, qui triginta dierum ſpatio curſum ſuum perfecte peragit. Solaris, de quo ſepiſſime poetę loquuntur qui per menſes duodecim. Et magnus qui auctoritate Ciceronis in Hortenſio, et q̃ plures phiſicos duodecim milia annorum quingentos et quinquaginta continet. Eſt et annus ſecundum Platonem magni orbis. Poſt cuius reuolutionem omnia erunt eadem numero, licet Ariſto. et doctores Theologi contra ipſius opinionẽ demonſtrent. Quę quia aliena a pñti ſpeculatione omitto. Et dictus eſt annus, quaſi anulus, eo ꝙ in ſe redeat vt teſtatur Vergil. eo verſu. Atq; in ſe per ſua veſtigia voluitur annus. Vel vt nonnulli volunt a greco verbo quod innouationem ſignat tractus eſt. Sed qm̃ in anni mentionẽ incidimus Pauca de ipſius ordine i medium afferemus. Idcirco aduerte ꝙ a diuerſis diuerſimode annus digeſtus eſt, Arcades dũtaxat eũ menſibus tribus explicarunt. Acarnanes ſex. Reliq grecorum trecentis quinquaginta quatuor diebus eum cõputarunt Romani autem auctore Romulo, eum menſibus decem habuerunt, et ipſi a Martio menſe inchoabant, Caius nouiſſime cęſar oẽs temporum inconſtantiam caſtigans annum a ſeriem menſium. xij redegit additis quoq; horis quę biſſextum cauſare ſolent. Quem ad ęgyptiorum imitationem qui teſte Euſebio de euangelica preparatione diuinarum rerum ſoli conſcij putabantur ad numerum ſolaris curſus dirigere conatus eſt, vt. s. cum ſol reuerſus fuiſſet quo digreſſus fuerat perfectus annus efficeretur, De quibus omnibus la

Ne tt. qcq̃. ſerſus eſt. Purpureã veſtẽ ſumet Põpeius. Ne qđ deſit quod ab eo pſtari debeat ſuis titulis ẽ virtutibus et ſcriptionibus ſeu titulis ſummi honoris et cõſulatus ſui Pompeius. n. deberet ſuis titulis, et eos defraudaret, ſi nõ indueret purpura, q̃ eius res geſtę, et honor ille conſulatus videns expoſcere. Rũpi, Ruere. Atria, Curia, vel domus Pompei. Lędi. collidi. Tẽpla tarpeię ſedis: Tẽplum Capitolinũ ad quod noui cõſules accedebant ſacrificaturi calendis Ianuarijs, vt in Faſtis docet Ouidius. Tarpeius autem mons vt (ſcri. Varro) dictus fuit a Tarpeia virgine veſtali, q̃ ibidem a Sabinis necata armis et ſepulta fuerat, ſed poſtea dictus eſt Capitolinus, ꝙ cum in eo fundamenta ędis Iouis foderent, caput humanum inuentum eſt, hunc antea montem Saturniũ appellabant. De templo capitolino ita ſcribit Cornelius Tacitus in lib. xix. Vouerat Tarquinius Priſcus bello Sabino ędem Ioui optimo maximo iecitq; fundamẽta ſpe tamẽ futurę magnitudinis, quę tunc populo Romano competeret, Mox Seruius Tullus adiecit aliquid. Deinde Tarquinius ſuperbus capta ſueſſa et pometia per hoſtium ſpolia fecit, et reliqua. Erat autem Sacellum Iouis Capitolini in medio Iunonis et Mineruę, eo igitur ibant cum populo noui conſules, et poſt ſacrificium in curiam deducebantur, Ioui autem ideo rem diuinam faciebant, quod ei quemadmodum et Iano omne debetur initium vnde eſt illud. Ante Iouem ſupplex per vota precatus, et ab Ioue principium muſę. Induebantur autem purpura non modo conſules, ſed totus etiam ſenatus. Ouidius in Faſtis. Veſtibus intactis tarpeias itur in arces. Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt. Fieri faciles. Fieri propicios. In tua vota, in his pręſtandis, quę deſideras. Colla boues niueos. Deſcribit ſacrificium, quod Calendis Ianuarijs fiebat in Capitolio. Mactabant enim iuuencos quos Do

Tarpeius mons

Capitolinus mõs

Saturnius mõs

Cũq; deos omnes, tum quos impẽſius ęquos
  Eſſe tibi cupias cum ioue Cęſar erit
Curia te excipiet, patreſq; ex more vocati
  Intendent aures ad tua verba ſuas.
Hos vbi facundo tua vox hilarauerit ore,
  Vtq; ſolet tulerit proſpera verba dies,
Aegeris & meritas ſuperis cum Cęſare grates,
  Qui cauſam, facias cur ita ſępe, dabit.
Inde domum repetes toto comitate ſenatu,

nabis egregios vocat. Eximebat enim in ſacrificio
Iuuenci egregij, & albi, pac i, inges, — opimum pecus e grege, vt docet Pompeius. Vergi-
lius. Mactabat lectis de more bidentes. Cedebant
autẽ Ioui Capitolino iuuenci albi, atq; in iu iuges
electi ex agro faliſco, Ibi.n. auctore Pli. et Vergilio,
Clytũni aqua, — aqua Clytumni amnis epota boues candidos fa-
Faliſci — cit. Faliſci autem po-
puli fuere in Thuſcia
haud procul ab vrbe
vt Plinius ſcribit, quã-
uis aliqui (vt ait Stra-
bo) Faliſcos per ſe gen-
tem poſuerint. Inde er-
go petebant victimas
Ioui Capitolino ma-
ctandas. Silius. Et ſolet
ingentem paſcens me-
uania taurum. Do-
na Ioui, et Vergili. in
geor. Hinc albi clytum-
ne greges, et maxima taurus Victima, ſępe tuo p-
fuſi flumine ſacro. Romanos ad templa deum du-
Dij Capitolini, — xere triumphos. Erat autem in Capitolina arce ce-
leberrimum Iouis optimi maximi templum vt di-
ximus. Erat et Iunonis monete. Item Mineruę de-
lubrum. In Capitolio demũ deorũ omniũ ſimula-
chra colebantur vt Seruius docet in Enarratione
eius verſus. Ecce autẽ illis Patulbius elãpſus Achiuus.
Sed pręcipue Ioui Capitolino ſacrificabant noui
conſules calendis Ianuarij. Et quoniam deorum
aliquot quos colebant Romani mentionem feci-
mus, de Sabino ſangideo etiam aliquid dicamus,
Locus Liuij — vt obiter enarremus locum Liuij in lib. viij. ab vr-
be condita, vbi ille refert bona Vitruuij conſecra-
ta fuiſſe ſenioni ſangodeo aduerſus ędem Quiri-
Semo ianus deus — ni funt qui legẽdum putant non ſenioni ſango,
ſed ſemoni Iano, qm̃ Auguſtinus ſcribit ſemonem
Ianum dici, ꝙ pręſit ſeminio, quando ↄcipit in-
fans. Et Fulgentius ita etiam ſcribit. Semones dici
voluerunt deos, quos coelo nec dignos aſcriberẽt
ob meriti paupertatem, ſicut Priapus, Hippo, Ver-
tũnus, Cęterum qm̃ apud Liuium in omnibus fe-
re codicibus ita (vt diximus) legitur Senioni ſan-
go pro Sabino ſango, ita etiam legendum exiſti-
mo, vt in quadam pręfatione noſtra ad Alexan-
Alexãder merula frater — drum Merulam fratrem, quem iuuenem ſummę
eruditionis, et doctrinę, eloquentięq; ac poeticę fa-
cultatis periſſimum, Laudeſq; Cornelię gentis he-
roico verſu maximo ore ac pręconio complexus
decantantemq; mors qualiscunq; futuro open in-
uidẽs mihi eripuit, dum Venetijs Magnificos fra-
tres tuę amplitudinis erudiret, plenius oſtẽdimus
ante Antonij fanenſis commentaria, inibi etiam
declarantes Catulli verſum illum contra cęterorum
Locus catulli — opiniones. Patroa Virgo plus vno maneat peren-
ne ſęculo ſimulq; etiam locum illum ex ſeptimo
Locus plinij — Plinij enarrantes difficilem ſane et a paucis intel-
lectum vbi Plinius ipſe dicit raros cẽ patribus pro-
ceriores conſumente hubertatem ſeminum exu-
ſtione, in cuius vices vergat ęuum. Ibi igitur docui-
Sabinus — mus legendum eſſe apud Liuium. Sabino ſangi

deo, idq; auctoritate tum Catonis, tum Dioyſij Ha- — ſangi deus
lycarnaſęi ſcribentium nomen Sabinorum genti
impoſitum fuiſſe ex Sabino ſangi diui genitus, — Piſtius
eumq; a quibuſdam Piſtium vocatum fuiſſe, & ꝙ — deus
Tatius in bello cum Romanis geſto vouerat vari- — Conſules
is dijs multa templa, veriſimile eſt eundem quoq; — noui gra-
Tatium etiam Sabi- — tias age-
no ſangi gẽis aucto- — bãt pplo
ri ędem erexiſſe, quem — pro ma-
admodum idem etiã — giſtratu
ſoli et lunę Saturno & — ſibi dela
Rheę, veſtęq; pręterea — to
et Vulcano, Dianę ac
Quirino, et dijs alijs,
quorum nomina dif-
ficile eſſe dicit lingua
gręca enunciare. Hoc
autem ſacellum ſangi
fuiſſe i palatio aduer-
ſus ędem Quirini, vt
diximus docet Liuius. Qui vero etiam legunt Se-
moni Iano, exemplis non carent, nam in biblio-
theca Capranica Romę in vetuſtiſſimo Liuij codi-
ce legi Semoni ſano pro Senoni Iano vnius tan-
tum litterę, ſcilicet immutatione, quę lectio etiam
placet. De Semone autem Iano iam diximus. Se-
curi certe, Securi ineuitabili, et quę certo ictu iuuẽ-
cos mactabat. Sic certã et ſagittam appellamus,
quę locum ad quem eam dirigimus minime fal-
lit. Quumq; deos omnes, Ordo eſt et cum cupi-
as omnes deos ſubaudi ab inferiori eſſe ęquos ti-
bi, tum Cęſar cum Ioue, quos impenſius, hoc eſt
curioſius et magis cupias eſſe tibi ęquos, erit ſub-
audi ęquus. Curia te excipiet. In curiam venies.
Curiam adibis. Patreſq; vocati. Et ſenatores a te
in curiam accerſiti. Ad tua verba. Ad tuam ora-
tionem, quam habebis in curiam poſt ſacrificium
Capitolinum, Solebant enim noui conſules gra-
tias pro ſibi delato magiſtratu populo agere, beni-
gneq; illum alloqui, vt docet Plutarchus in Pauli
Æmilij vita, qua oratione poſtea vſi ſunt erga Cęſa-
rem, qui poſtquam rem publicam Romanam
inuaſit. Omnia erat, vt eſt apud Lucanum. Tua
vox, Tua oratio. Hilarauerit, Lętos fecerit et ple-
nos ſpei de te conceptę. Vtq; ſolet tulerit. Et poſtq̃
eo die de more proſpera tibi omnia a ſalutanti-
bus nunciata fuerint, Solebant enim ſicut etiam — Cal. Iañ.
noſtro ęuo calendis Ianuarijs omnia proſpera — proſpera
nunciare, et omnia bona verba dicere, quoniam — nuncia
infoelix annus portendi putabatur, ſi quid ſiniſtri — bãtur
ominis auditum fuiſſet. Ouidius de Triſtibus. Pro-
ſpera lux oritur, linguis animiſque fauete. Nunc
dicenda bona ſunt bona verba die. Lite vacent au-
res, inſanaque protinus abſint, Iurgia, differ opus
liuida turba tuum. Aegeris et meritas. Et poſt
quam dijs immortalibus ac Cęſari gratias ęgeris,
ꝙ te eo honore ac pompa decorauerunt. Qui
dabit cauſam, Qui Cęſar prębebit materiam. Cur
ita ſępe facias. Cur ita ſępe gratias agas. Nam te ſę-
pe conſulem deſignabit. Inde, poſtea, vel a Cu-
ria. Officium populi, Officioſum populum.

Iſtis,

Iſtis, Scilicet honoribus tuis. Illa, Subaudi mea. Sui conſulis. Sui Pompei. Subeat. In mentem veniat. Miſer ille, ille infœlix Ouidius. Hęc tua verba. Hęc tua dicta, quod dicas quid miſer ille facit. Pertulerit retulerit. Nunciauerit. Eſſe mitius exilium. Eſſe his verbis ad me tuis lenius.

Officium populi vix capiente domo.
Me miſerum, turba quod non ego cernor ī illa,
Nec poſſunt iſtis lumina noſtra frui.
Qua licet abſentem qua poſſum mēte videbo,
Aſpiciet vultus conſulis illa ſui.
Dij faciant, aliquo ſubeat tibi tempore nōm
Nomen, & heu dicas quid miſer ille facit?
Hęc tua pertulerit ſi quis mihi verba fatebor
Protinus exilium mitius eſſe meum.

Ad Pompeium Conſulem.

Ite leues elegi doctas ad conſulis aures.
Verbaq; honoorato fer te legenda viro.
Longa via eſt, nec vos pedibus procedi
tis ęquis,
Tectaq; brumali ſub niue terra latet.
Cum gelidam thracen, & optū nubibus ęmō,
Et maris Ionij tranſieritis aquas.
Luce minus decima dña n venietis ī vrbē,

In Quintam Epiſtolam Enarratio.

Ite leues elegi. Alloquitur per proſopopeiam carmen ſuum poeta, illudque Romam mittit ad Pompeium ad quem, etiam ſcripſit ſuperiorem epiſtolam, mandataq; exponit, et perbelle fatetur primo ſe illi ſummope deuinctum, declarans ſe ꝓpter eius beneficia fore ſemper illius mancipium. Poſtremo ſꝛcatur, vt ſe donatum vita eius opera, induſtria, et cauſa, etiam ſeruet in preſentia.

Leues elegi, Verſus faciles et expediti, vel leues hoc eſt debiles et carentes pondere ſententiarum, et omni ornatu tanquam ſcripti in Scybla humili ſtilo, vel leues appellat, q; elego carmine leuia, et facilia, ac cupidinea deſcribuntur, vt ad Cupidinem alludat, qui a poetis leuis dicitur, vel dicit. Ite leues hoc eſt cati; celeres et expediti, qum ſitis tardi, nec tanquam claudi incedatis ęquis pedi. Conſulis. Pompeij. Viro honorato Pompeio honorem, et conſulatum gerenti. Longa via eſt. Longū iter, et difficile vobis reſtat, antequam Romam perueniatis. Pedibus ęquis Paribus pedibus, ſed imparibus eſtis. n. claudi, et ideo tardiores. Alter ſi quidē verſus conſtat ex ſex dimenſionibus, alter vero ex quinq;. Procedītis, In longum itis. Terra, Per quam eundem eſt Romam, et eſt altera cauſa, per quam oſtendit itineris magnam difficultatem, et ideo dixit poeta. Ite leues elegi, hoc ē celeres. Qua gelidam, Thracen. Thracia regio eſt ſecundum Indiam omnium maxima. Pauſanias tamen ſcribit Galliam, deinde Thraciam maximam eſſe oīum nationum. Hęc ab Herodoto inter partes Scythię ponitur, et nomen accepit a gręco hoc eſt a θρασυ, quod ferum, ſeu temerarium ſignificat Eſt enim ea gens omnium crudeliſſima, ac ferociſſima Eius fines ſunt a ſeptentrione Iſter, ab oriente pontus, a meridie Ægeum mare. Et q; ſeptētrioni proxima ēſt, et ideo poeta gelidā appellat. A Thracia autem forma gręca deducitur Threiſſus. Georgius tamen Merula gentilis meus, cuius morte multum amiſit latina lingua, licet ex multis eius operibus poſt eius mortem vix nunc Sphorciadarum hiſtoriam elegantiſſimam, quamuis inemēdatam ab eo conſpiciamus, non Threiſſum, ſed Thraiſſum formari affirmat, quandoquidem ita a gręcis ſcribitur. Vergili. Vel qualis equos Thraiſſa fatigat. Harpalice volucremq; fuga preuertitur hebrū. Et opertum nubibus ęmum. Aemus mons eſt, qui in pontus vergit, cęteros eius ſpatij magnitudine ac ſublimitate ſuperans, mediamq; Thraciam diuidens, vt Strabo ſcribit. Is vt eſt auctor Plinius ſex milibus paſſuum eſt arduus. Eum niuibus abūdare ita ſcribit Ouidius I libro primo Faſtorum, Et quicunque tuas accolit ęme niues, Vnde opertum hic eius nubibus illum dicit propter niues, et frigora. Et maris Ionij. Et maris illius, quod ab Ionia regione ī extremitate minoris Aſię media, inter Cariam, et Eoliam vſq; ad Siciliam protenditur, de quo Seruius in enarratione illius verſus Maronis. Inſulę Ionio in magno, ita ſcribit. Ionius ſinus eſt immenſus ab Ionia vſq; ad Siciliam, cuius partes eſſe ſcribit Hadriaticum mare. Arcadicum et Epiroticum. De mari Ionio et vñ cognominatum fuerit alibi adunde plura diximus. Tanſieritis. Hic Ouidius penultimam produxit vt precipit Diomedes grammaticus ſcribens differre preteritum a futuro ſubiunctiui in hoc vt ris preterita breue ſit, futuri longum, ſicut penultima primę et ſecundę perſonę numeri multitudinis Ennius, Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis Et Oratius, Cuncta manus auidas fugiunt h.redes amico. Quę dederis animo, ergo hic poeta quia futuro tempore vſus eſt, penultimam produxit. Explodenda eſt idcirco eorum ſententia, qui ſyllabam longam pro breui poſitam licentia poetica exiſtimant. Luce minus decima, Ante decem dies. In vrbem dominam. In Romanam ciuitatem aliarum dominam. Venietis peruenietis, poſtquam tranſientis mare Ionium. Vt non faciatis iter feſtinatum. Quamuis non properetis. Inde, poſtea. Domus pompeia, Domus in qua habitat Pompeius Conſul.

Foro Auguſto, Foro Auguſti addito duobus alijs foris. De triplici foro Romano abunde dixi-

India
Gallia
Thracia

Thracię fines

Georgius Merula

threiſſus a thracia

ęmus mons et eius altitudo

Ionius mare

Preteritū a futuro ſubiūcti ui differt

nus in enarrationibus in Ouidium de arte. Nõ eſt iunctior. Non eſt ꝓpinquior. Vlla ſubaudi domus. Vt in populo, Sicut. ſ. eſt aliquis in populo, qui hęc requirat. Qui ſitis, Quo nomine appellemini. Et vnde, Et ex qua gente veniatis. Nomia quęlibet. Quęcunq; alia nomina, ꝙ veſtra. Aure decepta. Decepto perconta[n]tium qui ſitis audiu, Aurem enim decipimus, qui id dicimus audienti, quod non eſt. Ferat, Audiat. Vt ſit tutum fateri, Quãuis ſit ſecurũ nomen veſtrum, et vnde veniatis profiteri. Sicut reor eſſe. Quẽadmodum exiſtimo et tutum fateri, ꝙ hoc nihil Pompeio, aut mihi obeſſe poterit. Verba ficta, Verba hęc non vera, qbus vos nõ vero nomine appellandos eſſe moneo. In alijs exemplaribus legitur. Verba minus certe cauta timoris habent. Habent minus timoris. Faciunt minus timere, et hominem reddunt magis tutum. Copia nec vobis, Hic verſus monet non ita eis faciles fore conſules videndi copiam, quandoquidem ille maximis in rebus occupatus erit. Vllo prohibẽte, Aliquo qui vobis id prohibeat, nemo enim prohibet quẽpiam ad conſulem accedere, qui omnes perlibenter alloquitur, ſed occupationes publicę id non ſinunt. Vt limen contigeritis. Poſtquam ad eius ianuam perueneritis, Vbi notandum, ꝙ hic etiam poeta penultimam produxit ea ratione, quã pauloante annotauimus. Ille, Scilicet conſul Põpeius. Suos quirites, Suos Romanos. Dicendo iura, Iudicando. Nam qui ꝙ pręirent, iudicarent, cõſulerent pretores. Iudices. Conſules appellati ſunt, vt in libro de legibus tertio docet Cicero, primo enim cõſules iura reddebant, poſtea pretor collega additus Conſulibus, atq; iiſdem auſpicijs creatus et iura reddebat (vt docet Liuius) libro ſeptimo ab vrbe condita. Cum premet, Cum ſedendo calcabit. Ebur conſpicuum, Sellam eburneam et curulem Ouidius in faſtis. Et noua conſpicuum põdere ſentit ebur. Et Silius. Hęc altas ebori decorauit honore curules. Conſpicuum autem refertur ad candorem, et ad illuſtria ex ebore ſigna in ipſa ſella. Ouidius alibi. Signa quoq; in ſella noſſem formata curuli. Et totũ numidi ſculptile dẽtis opus.

Consul
Pretor

Vt feſtinatum non faciatis iter.
Protinus inde domus vobis pompeia petatur,
Non eſt auguſto iunctior vlla foro.
Si quis, vt in populo qui ſitis, & vnde requirat,
Nomina decepta quęlibet aure ferat.
Vt ſit enim tutum ſicut reor eſſe fateri,
Verba minus certe ficta timoris habent.
Copia nec vobis vllo prohibente videndi,
Conſulis, vt limen contigeritis erit.
Aut reget ille ſuos dicendo iura quirites,
Conſpicuũ ſignis cum premet altus ebur.
Aut populi reditus poſitã cõponet ad haſtam,
Et minui magnę non ſinet vrbis opes.
Aut vt erunt patres in Iulia templa vocati,

priuatos ſignificant ſicut docet Porphyrio in enarratione eius verſus Oratij. Ego vectigalia magna: Diuitiasq; habeo tribus amplus regibus. Et Cicero Ex tenui vectigali detractis ſumptibus cupiditatis aliquid redundabit, Vbi notandum ꝙ reditus primam corripit, non enim a reddo deducitur, vt quidam putauere, ſed a redeo verbo, ꝙ prouentus rediũt ſingulo quoq; anno ad dominum. Sic ſupra et poeta primam corripuit in eo verſu. At reditus iam quiſq; ſuos amat, et infra. Nũc longi reditus haſte ſupponere luſtri. Credet, et exacta cuncta locare fide. Quod autem Conſules locarent publica vectigalia, ita docet Appianus. Interea. Equites, qui mediam inter populum ſenatumq; tenent dignitatem ad omnia potentiores ob facultates, vectigaliumq; et onerum cęterorum mercedem, quę a populis penduntur capientes, apud ſenatum iampridem inſtiterant, quo tributorum onera aliqua ex parte leuarentur, ad quę cum ſenatus differre videretur, Cęſar conſul nihil ſenatu indigens, verum ſolo populo cõfiſus tertiam tributorum partem remittendam eẽ cenſuit. Idem etiam apertius docet Tranquillus his verbis. Publicanos remiſſionem petentes tertiã mercedum partis releuauit, ac ne in locatione nouorum vectigalium immoderatius licitarentur, propalam monuit, quibus verbis patet nouos cõſules ſolitos noua vectigalia locare licitantibus publicanis ideſt Equitibus vectigalium publicorum conductoribus pretium alijs alio maius deferentibus. Componet. Conſtituet, et quaſi ſimul ponet ad locandum. Ad haſtam poſitam, Ad haſtam preconis in foro auctionario fixam, vbi Conſules vectigalia publica locabant. Minui, Minoris vendi ꝙ ſuperioribus annis, quod fieret ſi conſul non curaret in auctionibus augere vectigalium pretia.

Reditus pro redditus ſcribit ſimplici .d. ꝯ multorum opinionem

Conſules locabant publica vectigalia

Aut populi reditus poſitam componet ad haſtã. Aut inquit Conſul poſita in foro haſta ꝑconis, vt inquit Cicero, publica vectigalia in auctione emẽda, conducendaue proponet. Reditus populi. Vectigalia populi Romani, publica autem vectigalia intelligere debemus, vt inquit Vlpianus, ex quibus vectigal accipit fiſcus, interdum vectigalia reditus

vectigalia

Opes magnę vrbis, prouentus ciuitatis Romanę, Scimus ſuper his duobus carminibus a multis multa dici, cęterum hic eſt verus poetę ſenſus. In Iulia templa, In ędem Veneris genitricis, quam Iulius Cęſar erexit, vt ꝓius ad Pharſalum venerat, bellum initurus, vt docet Appianus huius templi etiam Papinius meminit, cum ait. At laterũ paſſus hinc Iulia templa tuentur. Et Suetonius in Auguſto. Verum adhibito honoribus modo bifariam laudatus eſt pro ęde Diui Iulij a Tiberio, Scribit Varro et Gellius ſenatuſconſulta fieri non potuiſſe niſi in loco per Augures conſtituto, quod templum appellaretur, non enim omnes ędes ſacrę tẽpla ſunt, ne Ædes quidem veſtę templum erat, Sed

De tanto dignis conſule rebus aget.
Aut feret auguſto ſolitam natoq; ſalutem,
Deq; parum noto conſulet officio.
Tẽpus ab his vacuũ Cęſar Germanicus oẽ
Auferet, a magnis hunc colit ille deis.
Cum tamen a turba rerum requieuerit harum,
Ad vos manſuetas porriget ille manus.
Quidq; parens ego veſter agã fortaſſe requiret,
Talia vos illi reddere verba velim.
Viuit adhuc vitamq; tibi debere fatetur,
Quod prius, a miti Cęſare munus habet.
Te tibi cum fugeret memori ſolet ore referre,
Barbariæ tutas exhibuiſſe vias.
Sanguine biſtoniũ qđ non tepefecerit enſem,
Effectum cura pectoris eſſe tui.
Addita prȩterea vitę quoq; multa tuendę
Munera, ne proprias attenuaret opes.
Pro quibus vt meritis referatur gratia, iurat
Se fore mancipium tempus in omne tuũ.
Nam prius vmbroſa carituros arbore mõtes,
Et freta velivolas non habitura rates.
Fluminaq; in fontes curſu reditura ſupino,
Grata quam meriti poſſit abire tui.
Hęc vbi dixeritis, ſeruet ſua dona rogate,
Sic fuerit veſtrę cauſa peracta.

Senatoribus autem qui cum in ſenatum venire deberent, ſi non adeſſent, multa indicebat, pignuſque interdum capiebatur, vt docet M. Varro in litteris, quas ad Oppianicum dedit. Illud ſciẽdum Romę Curiarum duo fuiſſe genera. Nam locus vbi ſenatus temp. curabat curia dicebatur, et vbi cura ſacrorum tractabatur. Curiam appellabant, ab hac Curiones dicti. Curia autem non ſolum pro loco, ſed etiam pro hominibus accipitur, Lucanus. Viſo iure minax iactatis curia gracchis. De rebus dignis. De rebus magnis. Aget Tractabit. Aut feret auguſto, aut inquit ſalutabit Auguſtum ſolito more, prima enim hora dici et ſecunda vt diximus romanis dabatur ad ſalutandum. Natoq; Et filio Auguſti Tiberio. De officio parum noto, De rebus pertinentibus ad conſolatum minus notis Pompeio, tanquã nouo Conſuli. Conſulet. Capiet conſilium. Ab his, poſt hęc negotia prędicta. Omne tempus vacuum, omne tempus, quod vacabit, et ſupererit. Cęſar Germanicus, Germanicus Iunior filius Druſi priuigni Auguſti. Auferet. Adimet. Aſportabit. A magnis diis; poſt magnos deos hoc eſt poſt Imperatorem Auguſtũ, et Tiberium. Hunc Germanicum ſcilicet. Ille. Pompeius. A turba harum rerum. Poſt multitudinem rerum iſtarum, quas ſuperius dixi. Ad vos, Scilicet verſus excipiendos. Ego parens veſter, Ego Ouidius auctor veſter, poetę enim eleganter dicuntur patres operum et carminum, quę ab ipſis componuntur. Reddere, Reſpondere. Viuit adhuc, Scilicet ipſe Ouidius. Tibi, Pompeio. Prius. Quam ante. Cum fugeret, Cum abiret in exilium. Vias tutas barbarię. Vias ſecuras a barbarie, per quas Tomon proficiſcebatur. Enſem biſtonium, Enſem Thracum. Quod non tepefecerit. Quod ipſe poeta ſuo ſanguine non caleſecerit, hoc eſt interfectus fuerit. Vitę tuendę, Ad ſuſtentandam vitam. Ne attenuaret. Ne expenderet et imminueret. Mancipium tuum. Tuum ſeruum, Mancipium enim ſeruum appellamus, quod ab hoſtibus manu capiatur, Serui vero ex eo appellati ſunt, quod Imperatores iubent captiuos vẽdere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent, vt docet Trebonius iuriſconſultus in titulo de iure perſonarum. Montes carituros, Subaudi iurat. Veliuolas rates, Naues velis volantes. Curſu ſupino. Curſu reſuo. In fontes, In loca vbi naſcuntur. Quam grata, Quam gratitudo. Poſſit abire, Poſſit deleri. Hęc vbi dixeritis. Quando hęc ſupradicta narraueritis oneſius mei Pompeio. Seruet ſua dona, vt ſeruet et reducat in patriam me Ouidium mancipium ſuum et qui ei vitam acceptam refero. Sic, Hęc agendo, quę vobis mandaui. Cauſa veſtrę vię, Cãm ob quas vos Romam miſi. Fuerit per. Fuerit finita. Mãcipiũ

Ad Brutum.

Qvam legis ex illis tibi venit epiſtola Brute,
Naſonẽ nolles in qbus eſſe locis.
Sed quod tu nolles, voluit miſerabile fatum,

In Sextam Epiſtolã Enarratio.

Qvam legis ex illis: Ad Brutum Romanum ſcribens narrat ſe quinquennium egiſſe in ponto, et cum maxime reditum ſperaret precibus Fabij Maximi, in quo ſpem habebat, eum perijſſe docet. Fatetur tamen Brutum nihilo inferiorem amore erga ſe eſſe poſtremo eius amorem et virtutes peculiares exponit, profiteturque nunquam ſe fore ingratum meritorum, quę apud ſe ab amicis collocata ſunt. Ex illis locis, Ex pontica regione. In quibus nolles eſſe Naſonem, In quibus nolles me exulare et vitam mea degere. Miſerabile fatum, Deorum voluntas et infortunium meum miſeratione dignum.

Plus valet, Plus poteſt, nequit enim fatum immu
tari vt ſtoici dicebant, qui fatum ineuitabile eſſe
cenſebant. Quam tua vota. Quam tue preces.
Olympias quinquẽnis, Tempus illud, quod a gre
cis olympias appellatur quinquennale, de quo di
ximus abunde in aliis noſtris cõmentariis i Oui
dium de Triſtibus.

Hei mihi plus illud q̃ tua vota valet.
In Scythia nobis quinquẽnis olympias acta,
Iam tempus luſtri tranſit in alterius.
Perſtat eni fortuna tenax votisq; malignus,
Opponit noſtris inuidioſa pedem.
Certus eras pro me fabię laus maxime gẽtis
Numen ad Auguſtum ſupplice voce loq.
Occidis ante p̄ces, cãmq; ego maxime mortis
Non fueram tanti, me reor eſſe tuę.
Iam timeo noſtram cuiq̃ mandare ſalutem,
Ipſum morte tua concidit auxilium.
Cęperat auguſtus deceptę ignoſcere culpę,
Spem noſtram terras deſeruitq; ſimul.
Quale tamen potui de coelite brute recenti,
Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi,
Quę proſit pietas vtinam mihi, ſitq; malorũ
Iam modus et ſacrę mitior ira domus.
Te quoq; idem liquido poſſum iurare p̄cari,
O mihi non dubia cognite brute nota.
Nam cũ pręſtiteris verũ mihi ſemper amorẽ,
Hic tamen aduerſo tempore creuit amor.
Quiq; tuas pariter lacbrymas nr̃asq; videret,

Iã tranſit, Iã olym
pias träſgreditur, q̃
ea elapſa altera inci
pit. In tempus alte
rius quinquẽnii. Lu
Luſtrũ
ſtrum enim vocabu
lum latinum eſt a lu
ſtrando (vt quidã vo
lunt) exercitu dictũ,
quod Romani facie
bãt poſt quatuor an
nos quinto incipien
te. Pompeius tamen
ita ſcribit. Luſtrum
nunc tempus quin
quennale, nunc po
puli luſtrationem ſi
gnificat, quod a luen
do hoc eſt ſoluendo
(vt Varroni placet)
nomen accepit, q̃
quinto quoq; anno
vectigalia et vltra tri
buta per cenſores per
ſoluebantur. Ceterũ
Oratius Luſtrũ pro
ſeculo poſuit more
poetico vt. Remq; Ro
manam, latiumq; foe
lix. Alterum in lu
ſtrum, meliusq; ſemper. Proroget euum. Per
ſtat. Perſeuerat. Fortuna tenax. Fortuna p̄tinax
et, quę tenet propoſitum inſequendi me. Votis
noſtris, Noſtris deſideriis, Deſideramus enim redi
tum in patriam. Pedem malignum, Prauum pe
dem. Opponit, Obiicit. Inuidioſa, Quę inuidet
ſoelicitati meę. Certus eras. Decreueras, Vertit au
tem ſermonem ad Fabium maximum mortuũ.
Pro me loqui, pro me verba facere. Laus Fabię
gentis, Gloria Fabię familię Romanę, de qua plu
ra diximus ſupra. Maxime, Maximum illum
deſignat. ad quem ſuperius ſcriptę extant epiſtolę.
Ad numen auguſtum, Ad Auguſti diuinitatẽ.
Occidis ante preces. Morieris antĕq̃ pro me pre
careris Auguſtum. Cauſam tuę mortis. Cauſam
cur morereris. Naſonem enim vnice amabat Ma
ximus, et quum non poſſet ferre eius abſentiam et
exilium pre dolore eum periiſſe putat poeta Non
fuerã tanti. vt mea cauſa morereris. Iã timeo,
Iam metuo ne amici dolore mearum calamita
tum afficiantur et pereant, vt Fabius Maximus,
aut iam timeo, ne ſi ſcripſero amicos offendam
propter Auguſtum, quaſi innuat ſe amiſſo Fabio
neminem habere, ad quem tuto confugiat et ſcri
bat. Noſtram ſalutem, Noſtram Epiſtolam, in
qua amicos ſolebam ſalutare. Culpe decepte, Er
rori meo, qui me aut fortaſſe. Auguſtum decepit
credente me conſulto peccaſſe, quum potius per im
prudentiam errauerim, vt ſit ſignificationis acti
uę in voce paſſiua, vel crimini meo decepto a ma
ximo eius morte, p̄
miſit enĩ ſe impetra
turum veniã ab Au
guſto, et diluiturum
crimen meũ, quod
non potuit pręſtare,
et ideo illud deceptũ
dicit. Simul deſe
ruit. Simul deſtituit
ipſe Fabi. Maximus,
vel certe (quod magis
placet) Auguſtum et
mortuum eſſe dicit,
periit. n. quinto exilii
poetę anno vt dixi
mus. Spem noſtrã,
Spẽ reditus. Et ter
ras, Quia mortuus
eſt. Quale potui. Ta
le quale a me potuit
pręſtari. De recenti
cęlite, vel Compoſito
de ipſo Fabio, qui ad
ſuperos euolauit, vel
(quod magis placet)
de Auguſto hoc ſe fe
ciſſe poeta profitet,
quum ait, Et modo Cę
ſar auum, quem vir
tus addidit aſtris. Sa
crarunt aliq̃ carmi
na parte tuum, et alibi. Tu nr̃as audis inter p̄ceres
locatus. Sidera, ſolicito quas damus ore p̄ces. Perue
nient iſtuc et carmina forſitan illa. Quę de te miſi
coelite facta nouo, Et ad Charum ſcribens dicit ſe
getico ſermone laudes Auguſti Cęſaris ſcripſiſſe
his verſibus. Materiam quęris, laudes de Cęſare di
xi. Adiuta eſt nouitas numine noſtra dei. Nam pa
tris Auguſti docui mortale fuiſſe. Corpus, in ęthe
reas numen abiiſſe domos. In veſtra ora, In cõ
ſpectum vr̃m. Poſitus p̄cul, Longe a vobis remo
tus. Dedi, Miſi. Quę proſit pietas vtinam mihi,
Qui amor meus erga Auguſtum mihi vtinaſ p̄
ſit. Sitq; malorũ iam modus, Quomodo velit ſi
bi pietatẽ ſuam et carmina in laudẽ Auguſti de
functi compoſita prodeſſe oſtendit, hoc eſt, vt iã
ſit finis malorũ quę per quinquẽnium paſſus eſt in
pontica regione. Modus. Finis. Et ira ſa. do. Et
ira domus Auguſti quã ſacrã appellat, q: eã ipſe
habitabat, et viuens deus habebat. Te quoq; p̄cari
idẽ te brute, a Tiberio et Germanico et idẽ petere,
qd Fabius petebat, Vel p̄cari idem qd ego. s. vt mea
pietas mihi p̄ſit, vt ſit modus malorũ, et vt ſit mi
hi iam benigna Cęſarũ domus. Non dubia no
ta. Non dubiis ſignis. Quum p̄ſtiteris mihi, Quum
exhibueris

exhibueris mihi. Hic tamen aduerſo, ille tamen amor maior fuit in hac mea aduerſitate. Quiq; videret. Et ille qui aſpiceret. Noſtraſq; Et meas lachrymas hoc eſt tuum ẽ meũ fletum in hoc meo caſu. Paſſuros poenam, Paſſuros idem ſupplicium et eidem relegationem. Duos, Ambos, te ſcilicet et me. Lenẽ, Placidum, pium. Miſeris, Infoelicibus. Hec dedit. Hec conceſſit ipſa natura. Vt qdquid valeas. Ordo eſt. Vt ille qui ignoret qd valeas et reliqua. Vix putet reos poſſe peragi tuo ore. Quid valeas. Quid poſſis tua eloquentia. Marte foreſi, In diſceptationibus foreſibus. Nã i genere iudiciali, qd in foro tractatur cõtenditur. Ibi enim aliquis ab alio accuſatẽ, ab alio defenditur. Poſſe peragi, Poſſe damnari. Reus enim dicitur peragi, quem aliculus eloquentia damnatur. Vix putet. Vix exiſtimet, quia vident te natura mitem et piũ miſeris. Tuo ore, Tua eloquentia. Scilicet eiuſdez eſt, Scilicet tui eiuſdẽ moris eſt. Quãuis pugnare vi, Quamuis videar pugnãtia, et contraria dicere. Supplicibus facilem. Te miſeris et humilibus eſſe pium. Sontibus eſſe trucem. Te etiã eſſe crudelem nocentibus et ſceleſtis, ex q̃ colligit Brutũ ſuis mitem nã, i. indicijs tñ ꝯ nocentes eloquentię vis diſtringere. Quum ti. ſuſce. eſt, Quum ſemel a te oppugnanda ſuſcepta eſt. Legis vindicta ſeuerę. Vltio aliqua contra nocentem puniendũ, ex quo deſignat reum aliquem, qui lege grauem poenaʒ meretur. Habent velut virus tinctum. Habẽt velut venenum tinctum, ẽ infectum ſanie, aut ſpiculo ſagittę tinctum, aut (quod magis credo) ab effectu, quod tingit, et inficit maculis corpora humana, poſt mortem, ex quo magna eſt laus Bruti, ꝙ tanta eſt eius eloquentia, vt in accuſandis reis ſingula verba ſint ita efficacia, vt videanẽ veneno illita. Hoſtibus, Vel publicis, vel tuis. In armis, Vel hoſtibus armatis, quaſi deſignet poſſe illũ etiã armatos hoſtes vincere eloquentia, vt docet multis exemplis Valerius Maximus in capite. Quanta ſit vis eloquentię. Vel ſentire. Quam ſis violentus in armis, Hoc eſt in eloquentię partibus, quę ſunt oratori tanq̃ arma. Vnde ſubiungit. Et linguę tela ſubire tuę, Et experiri vehementiã ac vim

tui ſermonis, et eloquẽtię. Quę li. Quę tela acuũtur et parant. Tam te. cu. Tã ſubtili diligẽtia. Vt oẽs iſti. ige. Vt omnes ingẽ arbitrentur nõ id fieri tuo corpore, et humano ingenio, ſed viribus et ingenio diuino. Quẽ lędi for. iniqua, Aliquẽ miſeꝝ et inſontem opprimi fortunę iniquę ſorte. Eſt mol. Eſt placabilior et magis pia. Meoꝝ, Amicorum. Noticiam mei. Mei cognitionum. Nã poſteaq̃ Auguſto cœpi eſſe infenſus, et ab eo opprimi, pleriq; amicorum me tanq̃ incognitum deſeruere. Eſt inficiata, Negauit. Immemor illorum. Taliũ qui me deſeruerunt ero ſemper imemor. Veſtri nõ immemor vnq̃, Tui o Brute et cęterorum, qui me non deſeruere ſemp ero memor. Qui ſolicite leuatis noſtra mala. Qui curioſe mala mea imminuitis huãndo apud Auguſtum. Et prius, Et ante. Hic, In ponto. Nimium nobis cõterminus iſter, Iſter nimium mihi vicinus. Iſter aũt q alio nomie Danubius appellaẽ, vñ alibi Ouid. dixit Ripę vicina binominis iſtri. Oriẽ (vt ſcribit Pli.) in Germania iugis montis Norię ex aduerſo oppidi galloꝝ Scauri, qui verſus ſeptentrionem per innumeras lapſus gentes immenſo aquaꝝ, actu a ſiniſtris Germanos linq̃ns et a dextris Teutones, quum primum in Illyricum venit mutato noĩe iſter dẽ, et longiſſimo pacto curſu, ſepteniq; diuiſus hoſtijs vt nonnulli ſcripſere, vel ſex ſm Plinium in mare ponticum defluit paulo aliq̃to longius a Tomitana ciuitate vbi exulabat poeta. De q̃ ita ſcribit Tacitus in libello de Germania. Danubius molli et clemẽter edito mõtis Arbonę iugo effuſus, plures pplõs adit, donec in ponticum mare ſex meatibus erumpit. Septimuʒ enim os paludibus haurit. In ca. In fontem, vñ ex Germania defluit, De mare Euxino, De mare põtico, in qd defluit, quod & Euxinuʒ appellari diximus. Vbi notandũ ꝙ mare dixit in ablatiuo, nam vetuſtiſſimi (vt Priſcia. notat) hmõi nõium ablatiuos & in e proferebant, ſic etiam in. v. de Triſtibus libro. t. ul. ita dixit. Exiguum pleno de mare demat aquę, ibi plura diximus. Eſt ergo ſenſus, Iſter antea reflnet ꝯrio curſu ad fontem, vnde labẽtur, qd eſt impoſſibile. Atq; thyeſteę. Atq; ante igẽ

Paſſuros poenam crederet eſſe duos.
Lenem te miſeris genuit natura, nec vlli
Mitius ingenium quam tibi brute dedit.
Vt quidquid valeas ignoret Marte forenſi,
Poſſe tuo peragi vix putet ore reos.
Scilicet eiuſdem eſt (q̃uis pugnare videtur)
Supplicibus facilem, ſontibus eſſe trucem.
Cum tibi ſuſcepta eſt legis vindicta ſeuerę,
Verba velut tinctum ſingula virus habẽt.
Hoſtibus eueniat quam ſis violentus in armis
Sentire, & linguę tela ſubire tuę.
Quę tibi tam tenui cura limantur, vt omnes
Iſtius ingenium corporis eſſe negent.
Atſi quem lędi fortuna cernis iniqua,
Mollior eſt animo foemina nulla tuo.
Hoc ego pręcipue ſenſi, cum magna meorum
Noticiam pars eſt inficiata mei.
Immemor illoꝝ, veſtri non immemor vnq̃
Qui mala ſollicite noſtra leuatis ero.
Et prius hic nobis nimiũ cõterminus hiſter
In caput euxino de mare vertet iter.
Atq; thyeſteę redeant ſi tempora menſę,

Iſter ſeu Danubius

Mare in ablatiuo

Solis ad eoas currus agetur aquas.
Quã quiſq̃ veſtrũ qui me doluiſtis ademptũ
Arguat ingratum non meminiſſe ſui.

Ad Veſtalem.

Miſſus es euxinas, quoniam veſtalis ad oras,
Vt poſitis reddas iura ſub axe locis.
Aſpicis en preſens quali iaceamus in aruo,
Nec me teſtis eris falſa ſolere queri.
Accedet voci noſtrę non irrita per te
Alpinis iuuenis regibus orte fides,
Ipſe vides certe glacie concreſcere pontum.
Ipſe vides gelido ſtantia vina gelu.
Ipſe vides onerata ferox vt ducat iazix,
Per medias hiſtri plauſtra bubulcus aq̃s.
Aſpicis & mixti ſub adunco toxica ferro,
Et telum cauſas mortis habere duas.
Atq; vtinam pars hęc tantum ſpectata fuiſſet,
Non etiam proprio cognita marte tibi.
Tenditus ad primum per denſa pericula pilum,

etiam ſol redibit ad orientẽ ordine mutato, quem ſoleat in occidentem pergere, quemadmodum fabulantur feciſſe Thyeſtis tempore, ne Atrei ſcelus videret, qui filium Thyeſti fratri epulandum appoſuit, vt alibi fabulas plenius expoſuimus, hac enim ratione eius vſus ex ꝑ Ouidij de arte amandi. Creſſa Thyeſteo ſi ſe abſtinuiſſet amore. Vnde etiã Vergi. dixit. Nec tam auerſus equos tyria ſol iungit ab vrbe, quis tamen non deſint qui poetã hoc nõ ad fabulã ſed ad rem phyſicam referre arbitrentur, vt dicat Dido ſol non facit tã ſpios nos vt populos ſeptẽtrionales. Is.n. non nimium diſtando reddit nos mites, nam dicunt phyſici, ꝙ qui abſunt a ſolis ortu ſũt ſpuores his, qui incolũt oriẽtẽ et meridiem, eo ꝙ magis abũdant ſanguine pp ſolis diſtantiã, a quibus non ita vritur ẽ exiccat ſanguis vt in alijs calidioribus regioibus et magis aduſtis. Thyeſteę menſę, Mẽſę in qua Atreus Thyeſti fratri filium epulandum appoſuit. Si redeant. Si iteruͤ ſe nobis offerant. Solis currus. Quadrigę, quę ſolem vehunt, vt in .ij. meta. docet Ouidi. Ad eoas aquas, Ad Oceanum oriẽtalem, vnde oritur. Dicũt enim poetę ſolem oriri ab oceano orientali, et in eundem occidentalẽ occaſu deuolui. Agetur. Recurret ad orientem, quod olim poetę illum fecĩſſe fabulantur, ne Atrei in Thyeſtem fratres ſcelus videret. Qui doluiſtis. Qui oſtendiſtis vos dolere. Me ademptum, Me vobis ſublatum ẽ miſſum in exilium. Arguat. reprehendat. Ingratum, Me immemorem veſtri, erga me amoris. Non meminiſſe ſui, Non meminiſſe veſtrum.

Locus Vergilij

In Septimam Epiſtolam Enarratio.

Miſſus es Euxinas, Ad Veſtalem ſcribẽs poeta, cui oĩa põtica regenda data fuerat, eum teſtem facit incõmodorum, q̃ ſunt in ea regione, poſt eius virtutem laudat, quas polliceatur ſuo carmine reſtatas fore in omne tempus. Ad oras Euxinas. Ad regionẽ ponticam. Quis aũt fuerit hic Veſtalis nihil compertum habeo. Ex verſu autem Ouidij licet intelligere illum ortum ex ſanguine alicuius reguli Alpini, miſſumq; ab Auguſto ad regendos imperio populos ponti. Poſitas ſub axe. Poſitis ſub ſeptentrione. Reddas iura, ius dicas. Põs, In ipſa Scythia. In quali arno, In quam deformi agro. Iaceamus. Poſiti ſimus. Nec me ſpõn ſal. Nec me ſolere dicere mẽdacia. Accedet voci noſtrę. Veniet noſtris verbis, quibus queſti ſumus de locis ponticis. Non irrita fides, Fides non vana, ſed vera. Per te. Tuo teſtimonio. Alpinis regibus, A regibus Cottijs. Sunt enim Alpes Cottię ſeu Cottianę appellatę, a quibus Veſtalis iſte fortaſſe Cotta cognominatus fuit. Iuuenis. O veſtalis. Pontum cõcreſcere glacie. Mare põticum cõgelari. Gelido ſtantia vina gelu, Vina ꝯgelata et in vnam maſſam redacta nimio gelu, et in Enarrationibus nĩis in Ouidium de Triſtibus hęc omnia latius ꝓſecuti ſumus. Vnde Maro in Georgicis dixit. Caeduntq; ſecuribus humida vina. Ferox iazix. Sic quidem in omnibus fere exemplaribus legitur, ſed deprauate, quare non iazix, ſed Iazyx legendum eſt. Fuere.n. Iazyges ppli Scythię qui campus et plana tenuere vt Plinius docet, fuereq; alij ad Męotim, alij datis iunẽti Metanaſtę quaſi migratores appellati. Vnde non eſt mirãdum ſi hic Ouidius bubulcum ex ea gente plauſtrum per medium Iſtrum gelatum ducere fateaẽ. De his ita meminit Ouidius de Triſtibus. Iazyges ẽ Colchi, metereaq; turba, getęq. Et Valerius Flac. Impar ẽ ſtricto ſic viget Iazygas enſe. Et aſpicis. Et vides etiam o veſtalis. Mixti, Effundi iaculando. Toxica. Venena. Scythę enim ſagittarũ aciem tingebãt viperina ſanię, et humano ſanguine. Irremediabile autem eſt id ſcelus, mortem illico affert leui ta ctu, vt Plinius ſcribit li. xi. Lucanus. Tinxere ſagittas. Errantes Scythię populi. Toxica aũt a Taxo dici (vt Plinius docet) putauere. Eſt.n. arbor in Arcadia tam preſentis veneni, vt ſi qui dormiant ſub ea cibumue capiant moriantur, Hinc Taxica appellata dicunt venena, quę nũc Toxica dicimus, quibus ſagittę tinguntur. Sub adunco ferro, Sub ſpiculo curuo, et hamato. Duas cãs mortis. Duas cauſas moriendi ferrum. ſ. ſagittę et venenum. Tantum ſpectata, Tantum viſa. Non et cognita, Non etiam experta, qui pugnaſti ꝯtra Scythas, et ideo hęc omnia vidiſti. Tenditus, Vt a miles Romanis peruenitus, et in ꝓſectus Veſtalis. Ad

Iazyges

Sagittę ꝯ. thap.

Toxica

Taxus

Contigit ex merito qui tibi nuper honor.
Sit licet hic titulus plenis tibi fructibus ingens,
Ipſa tamen virtus ordine maior erit.
Nō negat hoc hiſter, cuius tua dextera quondā
Puniceam getico ſanguine fecit aquam.
Non negat ęgypſos, quę te ſubeunte recepta
Senſit in ingenio nil opus eſſe loci.
Nā dubiū eſt; poſitu melius defenſa manu ne
Vrbs erat in ſummo nubibus ęqua iugo.
Scythonio regi ferus interceperat illam
Hoſtis & ereptas victor habebat opes.
Donec fluminea deuecta vitellius vnda
Intulit expoſito milite ſigna getis.
At tibi progenies alti fortiſſima donni
Venit in aduerſos impetus ire viros.
Nec mora conſpicuus longe fulgētibus armis
Fortia ne poſſint facta latere caues.
Ingentiq; gradu contra ferrumq; locumq;

primum pilum, Ad primipilarem dignitatem.
Veluti cōſuetudo ænuit auctore Vegetio, vt ex primo
principio legionis promoueretur centurio primipi
li, qui non ſolum aquile ſperat, verūetiā quatuor
centuriones.i. quadringentos milites gubernabat
in prima acie, hic tanq̄ caput totius legionis me
rita cōſequebat et cō
moda. De primipilo
ita ſcribit Liui.li.viij.
ab vrbe condita. Hoc
xxx. manipuloꝝ agā
mē. Antepilanos ap
pellabā, q sub ſignis
iam alij. xv. ordines
locabanſ, ex qbus or
do vnuſqſq; tres ptes
hēbat, eaꝝ vnāquāq;
primum pilum voca
cabant. Martia. Gra
ta pudens merita tu
lerit quum primā pili.
Per cen.pi. Per mul
ta et crebra diſcrimi
na. Contigit, Ordo
eſt. Qui honor. h eſt
quę dignitas primi
pilaris nuper cōtigit
tibi ex merito. Licet,
Quāuis. Hic ti. Hęc
dignitas primipila
ris. Sit ingēs ti. ple.
fru. Sit honorifica et
fructuoſa. Ipſa vir. Ipſa tua fortitudo, Ordine,
Hoc eſt dignitate primipilari q. ē. eius meriti ma
iorem dignitatē. Non ne. hoc iſter, Teſtis ē iſter
virtutis tuę, qui te in eius ripis hoſtē vidit inſequē
tem, et trucidantē. Puniceā ſan. ge. Rubram hoſti
li et getico cruore. Non negat ęgypſos, Ægypſos
oppidū munitiſſimum fuit in Scythia in ſummo
colle arduo, et ad aſcēdendū difficili, cuius pplos
eos eſſe quidam arbitranſ, quos Pli. Gypſos appel
lat lib.vi.caplō.vij. De hac vrbe ita & ſupi meminit
nit Ouidi. Stat vetus vrbs ripę vicina binominis
iſtri. Moenibus et poſitu vix adeunda loci. Caſpius
ęgypſus de ſe ſi credit ipſi. Condidit, et pprio nole
dixit opus. Quę recepta. Quę ciuitas iterū capta,
nam prius fuerat Romanę ditionis, ſed ea aut de
fecerat ad Scythas, aut ab his adempta fuerat Ro
manis. Te ſubeunte, Te aſcendente cum tuis mili
tibus ad eius oppugnationē. Sēſit, Intellexit. In
ingenio. Vbi ingenio vtimur, id.n. oīs vires ſupat.
Vnde Seno. apud Plutarchū ita loquit. Videns cū
militones ingeniū plus poſſe quā vires. Nil opus
eſſe loci. Nil pdeſſe loca munita vel nā, vel pręſi
dio humano. Vbi notandus, q dicimus ē. Eſt mi
hi opus huius rei, qua locutione frequentius vtun
tur poetę. Vel ſenſit opus loci. Senſit molē et diffi
cultatē vrbis, et locoꝝ nil eſſe in īgenio h eſt in cō
paratione ingenij, et vbi intēderis ingeniū. Sūt q
legant īgenio nil opis eſſe loci, vt ſit ordo Sēſit nil
opis hoc eſt nullū auxiliū eē in ingenio loci, l nā

loci. Nam dubiū eſt, Nā incertū eſt. Poſitu, Situ et
natura loci. Eſt aūt ordo: Nā dubiū eſt vrbs meli
us fit defenſa poſitu ne ꝑ an manu, q̄ erat ęq̄ nu
bibus in ſummo iugo. Manu ne, An ꝑpugnato
ribus. q.d. et nā loci, et validiſſimo pſidio pariter
vrbs ea deuicta ingenio Vitellij puenit iterū in Ro
manoꝝ ditionem.
Scythonio re. Regi
Thracię. Ferus ho.
Crudeles getę milites.
Interceperat il. Ade
merat eam ciuitatē
Getę regi Thracię. Li
bet.n. credere ī Thra
cia vniuerſa a Roma
nis deuicta poſitum
fuiſſe regem aliquē.
Scribit.n. Panſa. neīnē
nem ante Romanos
Thracas ſubegiſſe vni
uerſos, ē Romanę di
tionis totam fuiſſe,
ſed tam vel nimio ri
gore, vel ſoli ſterilita
te nullius emolumēti
exiſtimaſſe, tenuiſſe
que tm̄ q poſſeſſorē
morerentur, cui regi
adēpta a getis hac ci
uitate, tanq̄ ſocio po
puli Ro. opem tuliſſe
illi Vitellium, et a ge
tis oppidū recupaſſe libet credere. Ereptas opes,
Diuitias Ægypſi oppidi adēptas. oppidanis eiectis:
Et vi. Et hoſtis geta, q oppidum illud expugnaue
rat. Habebat, Poſſidebat. Fluminea vnda. Vnda
Iſtri fluminis. Intulit deue. ſi. Bella intulit, et cū
vexillis Romanis eo venerat pugnaturus, nā Vexil
la et armatos ſcō flumine ex finitimis locis de
portauit. Vitellius, Vitellius iſte quiſnā fuerit, nihil
cōpertum hēo. Cęteꝝ opinari libet eū fuiſſe pcōſulē
in ponto, aut pfectum alicuius regionis, et alicui
regioni finitimę pfuiſſe iuſſu ppli Ro. et audita ex
pugnatione Ægypſi oppidi per Iſtrū ad id bello re
cupandum veniſſe cū militibus ſcō flumie. Quod
aūt pſides in pontum mitterent, docet Iſtrius poe
ta ad Gręcinū ita ſcribēs. Is quoq; quo fuerat leni
or ſub pſide pontus. Audierat frater forſitā iſta tu
us. Expoſito mi. Militibus e nauibus in terrā tra
ductis. Alti don. Gnoſi illius tui pgenitoris. Fu
it ēt Donnis pfectus lycię, q Calum interfecit, vt Flo
rus ſcri. Nunc tū opinari libet aliū fuiſſe viꝝ for
tiſſimum. Eſt aūt ordo. At o Vitelli pgenies alti do
ni fortiſſima et reliqua. Impetus, Ardor. Ire in
ad.vi. Congredi cum getis hoſtibus. Conſpicuus,
Spectabilis. Longe ful. ar. Armis valde ſplendenti
bus. Ne for. fa. pos la. Ne ignorent geſta tua pcla
ra, pugnas.n. in pma acie, vt ab oībus videri poſ
ſis. Ingenti gra. Magno et citato paſſu. Cōtra
fer. Et ꝯ arma hoſtiū. Locumq;. Et ꝯ aſperitatē,
nā ea vrbs (vt diximus) erat in mōte arduo ſita.

Saxaq; brumali grandine plura ſubis.
Nec te miſſa ſup iaculorum turba moratur.
Nec que vipereo tela cruore madent.
Spicula cum pictis herent in caſſide pēnis,
Parsq; fere ſcuti vulnere nulla vacat.
Nec corpus cunctos foeliciter effugit ictus,
Sed minor eſt acri laudis amore dolor.
Talis apud Troiam danais pro nauibus aiax
Dicitur hectoreas ſuſtinuiſſe faces.
Vt propius vētū ē admotaq; dextera dextrę
Resq; ferro potuit cominus enſe geri.
Dicere difficile ē quid mars tuus egerit illic,
Quotq; neci dederis, q̄sq; q̄busq; modis.
Enſe tuo factos calcabas victor aceruos,
Impoſitoq; getes ſub pede multus erat.
Pugnat ad exēplū p̄mi minor ordine pili,
Multaq; fert miles vulnera multa facit.
Sed tantum virtus alios tua prĕterit omnes.
Ante citos quantum pegaſus ibat equos.
Vincitur ęgypſos teſtataq; tempus in omne
Sunt tua veſtalis carmine facta meo.

Saxaque. Et contra ſaxa quę hoſtes e ſuperiorē loco deuoluebant. Brumali Grandine. Grandine brumę tempore e coelo cadenti. Plura, Numeroſiora. Saxa enim illa hoſtilia grandine erant ſpiſſiora. Subis, Aſcendis. Miſſa ſuper, E ſuperiori loco detorta. Turba iaculorum. Telorum vis, Iaculum ſecundum omnes proprie dicitē quicquid in longum iaci poteſt, et venit a Iacio Iacis, Apuleius. Multis in eum lapidibus iactis. Legitur etiam iaculor in eadem ſignificatione. Claudianus, Latus iaculatus in aruis, Inde iaculatio pro emiſſione dicitur. Iaculus autē eſt atrociſſimum ſerpentis genus qui altiſſimas quoq; arbores conſcendit, e quibus ſe tanta, et precipiti vibrat, quod penetrat vnūquodq; animal ſibi obuium ad uerſa ſors tulerit. De quo Lucanus elegantiſſime lib. nono, Et Natrix violator aq; Iaculiq; volucres. Plura legito de hoc animali apud omnes latinę linguę ſcriptores. Moratur, Retinet quin aſcendas. Vipereo cruore, Veneno, quo (vt diximus) tingebantur ſagittarum ſpicula. Spicula, Tela, et ſagittę Nam proprię ſpiculum telum ad ſimilitudinem ipſius ſagittę ab omnibus nuncupatur, et quandoq; pro ipſa ſagitta ponitur, vt hoc loco a poeta, inde deducitē ſpiculor et ſpiculator. Cum pennis pictis. Cum pennis ſagittarum puniceis. Sic etiam Maro elegātiſſime ceruum agitari pennis puniceis ſcribit Solent enim pennę, quę ſagittis annectuntur aliquo colore infici, vt videantur pulchriores. In caſſide. In tua galea. Vacat vul. Caret vulnere, quemadmodū de Scęua illo Cęſariano legimus. Nec corpus cunctos. Nō potes tamen inquit euadere, quin multis ictibus corpus tuum perforetur. Sed minor eſt acri, Sed tanta eſt tibi glorię cupido, et amor laudis, vt vix ſentias dolorem, quem ſuperat cupido glorię. Ex ſententia enim ſtoicorum in ſapiente et viro forti vlla poteſt cadere paſſio, inde apud Saluſtium Liuium et alios legitur, quā ſępe viri fortiter dimicando occubuiſſe, Ariſtoteles autē in contrarium demonſtrat, vt in ethicis luculentiſſime habetur, poſuit enim in ſapientiſſimo paſſionem moderatam, Alludit igitur ad hoc poeta, dum dicit. Sed minor &c. Acri amore laudis, Magna laudis cupidine. Talis apud Troiam, Notum ē naues grecorum defenſas fuiſſe ab aiace contra Troianos, qui duce Hectore ignem attulerant, vt eas cremaret. Qualis ergo fuerat Ira pugna Aiax, talem etiā fuiſſe Veſtalē contra getas profitetur Ouidius. Hectoreas faces, Ignem Hectoris. Vt propius ventum eſt. Poſtq̄ Veſtalis hoſtibus appropinquauit. Eſt admota, Eſt coniuncta. Dextera, Scilicet Veſtalis. Dextrę, Hoſtium. Resq; Et bellum. Cominus, Prope. Mars tuus, Tuum bellū. Quosq; Et quales viros, Quaſi dicat fortes et belliccoſos. Quibusq; modis. Et quam varia et iniqua pugna. Aceruos factos. Stragem cadauerum factam. Impoſito, Superimpoſito. Et multus getes, Et multa hoſtium getarum cadauera. Minor. Centurio qui erat ſub primi pilo, ideſt ſub veſtale minoris dignitatis. Pugnat ad exemplum primipili. Videndo primipilum acriter in prima acie pugnare, et ipſe eum imitabatur pugnando etiam fortiter.

Fert. Accipit. Facit, infert etiam hoſtibus multa vulnera. Tua virtus, Tua fortitudo, et peritia pugnandi o Veſtalis. Alios omnes Cęteros milites, q fuere in ea pugna. Prĕterit, Superat. Ante citos equos, Ante alios equos celeres. Fabula pegaſi alati orti ex ſanguine Meduſę nota eſt Ouidij metam. et Higinij, ac aliorum monumentis. Sunt q pegaſos equino capite volucres naſci in Scythia aſſerant, Plinius eos Fabuloſos putat. Vincitur ęgypſos, vrbs illa tandem tua virtute o Veſtalis capit.

Teſtata, Teſtimonio comprobata. Tua facta, Tua geſta.

Littera

In octauam Epiſtolam Enarratio.

Ad Suillum.

Littera ſera quidẽ ſtudijs exculte Suille
Huc tua puenit, ſed mihi grata tamẽ.
Qua pia ſi poſſet ſupos lenire rogãdo,
Gratia laturum te mihi dicis opem.
Vt iam nil pręſtes animi ſum factus amici
Debitor, & meritum velle iuuare voco.
Impetus iſte tuus longũ modo duret ĩ æuũ?
Neue malis pietas ſit tua laſſa meis.
Ius aliquod faciunt affinia vincula nobis,
Quę ſemper maneant illabefacta precor.
Nã tibi quę cõiunx, eadẽ mihi filia poene ẽ,
Et quę te generum, me vocat illa virum.
Hei mihi ſi lectis vultum tibi verſibus iſtis
Ducis, & affinem te pudet eſſe meum.
At nihil hic dignum poteris reperire pudore,
Pręter fortunam quę mihi cęca fuit.
Seu genus excutias equites ab origine pma,
Vſq; per innumeros inueniemur auos,
Siue velis mores qui ſint inquirere noſtri,
Errorem miſero detrahe, labe carent.

Littera ſera quidem, Mortuo Auguſto vt diximus hanc Epiſtolam mittit Ouidius ad Suillum vxoris ſuę generum, agitq; ei gratias pro eius Epiſtola ad ſe ſcripta, quam etſi ſero perlatam, gratiſſimam tamen fuiſſe dicit, poſtmodũ eum rogat, vt Germanicum Iuniorem ſibi reconciliet, pollicetur que ſe I huius rei gratiam non erecturum ei templa de marmore, ſed carmine cõplexurũ eius laudes oſtenduq; nil eſſe poſſe principibus aptius, quã carmine officioſum ſe pręſtare. Tum nactus occaſionem poeta carminis excellentiam extollit, precaturque vt ſibi carmina proſint, et ſi non poſſit reditum in patriam obtinere, ſaltem vbi propinquius exilium concedatur, quo diſtet a Getarum truculentia, poſſitque Cęſaris geſta intelligere, et carmine celebrare. Studijs exculte, Docte litteris, et liberalibus diſciplinis ornate. Suille, Scribit Plutarchus vt vita publi-

Suilli
Bubulci
Caprarij
Porcij

colę in vetuſtiſſimis nummis bouis, aut pecudis, aut ſuis ſignum inciſum fuiſſe, ipſisq; Romanorum filijs Suillum, et Bubulcum, caprarium et porcium cognomenta fuiſſe. Nunc, In Scythiam. Sed mihi grata tamen, ſed quamuis epiſtola tua ſero ad me perlata fuerit, grata tamen extitit. Qua pia ſi poſſet. Ordo eſt. Qua ſcilicet littera ſi pia gratia poſſet lenire ſuperos et reliqua.

Si pia grata. Si amor tuus erga me pius. Poſſet lenire ſuperos, Poſſet mulcere et placare Cęſares Tiberium ſcilicet Germanicum, ac reliquos Cęſares. Laturum te mihi dicis opem. Profiteris te allaturum mihi auxilium. Vt iam nil pręſtes. Quamuis nullam mihi opem feras. Animi ſum factus amici debitor. Debeo tibi ob talem erga me animum tuum de me benemerendi cupidum.

Et meritum velle iuuare voco. Ex eorum ſententia loquitur, qui animi voluntatem penſitandam ducebant etiam ſi nulla eſſent merita. Et eſt ſenſus, profiteor illum benemeruiſſe de me, qui voluntate id exequitur, quod re etiam pręſtaret, ſi poſſet. Impetus iſte tuus, Iſte tuus animi ardor benemerendi de me. Malis meis, Meis aduerſitatibus. Tua pietas, Tuus erga me amicum et ſemper affinem amor. Sit laſſa, Sit defeſſa; q cum aliquem videmus malis obrutum, nec ſperamus poſſe illi opitulari, videmur animo infringi, aut dubitat eum fore laſſum, q non audebit, nec poterit contra Cęſares poetę Auguſti cauſa fortaſſe iratos reluctari, et pro affinitas eo pcari. Ius, Aliquã beniuolentię cauſam legitimam. Affinia vincula, Affinitatis cõiunctiones. Eſt autem Affinitas ſecundum Iuriſperitos attinentia perſonarum ex copula proueniens, nam quando vir carnaliter coniungitur vxori, omnes conſanguinei vxoris efficiuntur affines viro et econtra. Dicuntur autem affines, quaſi ad alterius fines accedentes, vel ex eo q duę cognatiões, quę inter ſe diuerſę ſũt propter nuptias, vel coitum copulantur, et alter ad alterius cognationis finem accedit, auctor Hoſtienſis. Illabefacta. Inuiolata. Nam tibi quę coniux. Nam illa quę eſt vxor tua incipit oſtendere quomodo ſit illi coniunctus affinitatis vinculo. Eadem mihi filia poene eſt. Eadem vxor tua eſt mihi quaſi filia, eſt enim priuigna, hoc eſt filia vxoris meę. Et quę te generum. Et vxor mea, quę appellat te generum, tanquam mater vxoris tuę. Me vocat illa virum, Illa eſt mihi vxor, et ego illi maritus. Lectis iſtis carminibus, quibus te affinem appello. Ducis vultum, Faciem contrahis tanquam iratus.

Hic, In hac affinitate. Pręter fortunam, pręter fortunę cladem. Quę mihi cęca fuit. Quę non bene vidit iuſte ne, an inique me afficeret tanta ruina. Seu genus excutias, Seu generis mei originem conſideres. Inueniemur equites, Inueniemur orti ex equeſtri familia. Ab origine prima. A primis progenitoribus. Vſque per innumeros auos. Vſque per auorum innumerabilium ſeriem. Errorem miſero detrahe, Adime mihi peccatum meum, quod imprudentiam et errorem appellat. Fatetur enim fere vbique poeta non ſcelere, ſed errore relegatum, vt diximus. Labe carent, Mores mei ſunt ſine macula. Quid agi poſſe. Aliquid poſſe obtineri. Precando, Orando Cęſares pro me. Quos colis, Quos veneraris.

Tu modo ſi quid agis ſperabis poſſe p̃cando,
Quos colis exora ſupplice voce deos.
Dij tibi ſũt Ceſar iuuenis, tua numĩa placa,
Hac certe non eſt notior ara tibi.
Non ſinit illa ſui vanas antiſtitis vnquam
Eſſe preces, noſtris hinc pete rebus opem.
Qualibet exigua ſi nos ea iuuerit aura,
Obruta de medijs cymba reſurget aquis.
Tunc ego tura ferã rapidis ſolennia flãmis,
Et quantum valeant numina, teſtis ero.
Nec tibi de pario ſtatuam germanice tẽplũ
Marmore, carpſit opes illa ruina meas.
Templa domus facient vobis vrbesq; beatę,
Naſo ſuis opibus carmine gratus erit.
Parua qdẽ fateor ꝓ magnis munera reddi,
Cum pro conceſſa verba ſalute damus.
Sed q̃ q̃ potuit dat maxima, gratus abũde ẽ,
Et finem pietas contigit illa ſuum.
Nec quę de parua pauper dijs libat acerra,
Tura minus grandi q̃ data lance valent.
Agnaq; tã lactẽs q̃ gramine paſta phaliſco,
Victima tarpeios inficit icta focos.
Nec tamen officio vatũ per carmina facto,
Principibus res eſt aptior vlla viris.

Deos Ceſares, Tiberium ſcilicet, eiuſque filium naturalem Druſum, & adoptiuum Germanicum, quem potiſſimum deſignat poeta. Dij tibi ſunt Ceſar iuuenis, Hic poeta exprimit, quinam ſint dij, quos a Suillo dixerat exorandos eſſe, et Germanicum ſolum innuit. Tua numina placa. Venerare Germanicum, quo ut numine veris. Hac, Subaudi ara diui Germanici. Illa, Scilicet ara Germanici. Sui antiſtitis, Sui ſacerdotis, et eius, qui ad illam confugit. Eſſe vanas, Eſſe irritas, et incaſſum fundi. Hinc, Ab iſta ara. Quamlibet exigua, Quantumlibet parua. Ea, Illa ara Germanici. Aura, Fauore. Cymba obruta, Nauis mea merſa et fluctibus operta. Reſurget de medijs aquis, Euadet magna pericula. Tunc ego tura feram, Tunc quum euaſero periculum, hoc eſt quum reductus fuero in patriam dijs ſacrificabo. Rapidis flã. ignibus oĩa rapiẽtibus. Quãtũ va. nu. Quantum dij poſſint. Nec ſtatuam, Nec ponam, nec ędificabo. De pario marmo. De marmore candidiſſimo, quale fodiebatur olim in paro, quę eſt vna ex cycladibus inſula a paro Iaſonis nepote appellata. quam primo platęam, deinde Minoida vocarũt, vt Plinius docet, Omnes autem ſculptores tantum candido marmore vſi ſunt e paro inſula, quem lapidem coepere Lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cęderetur, vt eſt auctor Varro. Vnde Vergilius paron niueam appellauit. De paro ita etiam ſcribit Strabo. Paros lapidem producit, quem parium appellant, ad marmoreas ſculpturas aptiſſimum. Carpſit opes illa ruina meas. Conſumpſi in hoc meo exilio fortunas meas, aut eas ſibi ademptas ſignificat, nam exules bonis mulctabantur, vt docet Cicero libro quinto Tuſculanarum queſtionum. Superior ſententia magis placet, quia alibi poeta dicit ſibi non ademta fuiſſe bona, quemadmodum exulibus fieri ſolebat. Domus vrbesq; beatę, Domus inquit et ciuitates diuites vobis templa ędificabunt, quaſi dicat a ſe paupere non poſſe hęc preſtari. Carmine, Verſu. Declarat quę ſint ſuę opes, et carmina deſignat, quę ſunt poetarum diuitię. Parua munera. Hoc eſt carmina. Pro magnis, Pro reditu in patriam. Cum damus verba. Cum carmina mittimus. Pro ſalute conceſſa. Pro reditu in patriam mihi preſtito. Sed qui quam potuit dat maxima, Senſus eſt. Sed ille, qui dat maxima quę habet munera. Vbi notandum quam pro quantum iungi ſuperlatiuo in iſtis verbis poſſum. Valeo et ſimilibus. Gratus abunde eſt. Satis ſuperque videtur gratus. Et pietas illa. Et ille amor erga benemeritos. Contigit ſuum finem. Fecit ſui finem faciendo quod poteſt. Nec quę de parua. Nec inquit dijs minus gratum ẽ paruum ſacrificium, quod a paupere offert quam quod a diuite ſit plena lance. Sic ferme etiam Plinius. Verum inquit et Dijs lacte ruſtici, multęq; gentes ſupplicant et mola tantum ſalſa litant qui non habent tura, nec vlli fuit vitio deos colere q̃quo modo poſſet. De parua acerra, Acerra vas eſt, vbi tus reponitur, vt Seruius docet. Libat tura dijs, Dijs tus ſacrificat. Minus valent, Minus grata ſunt. Quam data grandi lance, Quam dijs oblata pingui et magno ſacrificio. Agnaque tam lactens, Et tantum ouis tenera, ac adhuc lac ſugens. Quam gramine paſta phaliſco victima. Quantum iuuencus nutritus herba, quę in faliſco agro naſcebatur, vt abunde diximus ſuperius in epiſtola ad Pompeium conſulem deſignatum. Tarpeios focos. Focos Capitolinos. Inficit, Tingit cruore. Icta. Cęſa, quibus verbis innuit tam gratum eſſe dijs pauperis ſacrificium, in quo agna cęditur, quam diuitis, in quo iuuencus mactatur Ioui Capitolino. Nec tamen officio. Ordo eſt. Nec tamen vlla res eſt aptior viris principibus officio vatum facto per carmina. Officio vatum. Officio poetarum. Facto per carmina, Per verſus exhibito. Principibus viris, Primarijs viris, vt eſt Germanicus. Aptior. Conuenientior, Hoc dicit, nil magis pertinet ad virum illuſtrem, quam laudari carmine alicuius poetę. Carmina veſtrarum, Hic incipit enumerare carminis preſtantiã,

Marmor parium

Paros inſula

Lychnites

Carmina veſtrarū; peragunt pręconia laudum,
Neue ſit auctorum fama caduca cauent.
Carmine fit viuax virtus, experſq; ſepulchri,
Notitiam ferę poſteritatis habet.
Tabida conſumit ferrum lapidemq; vetuſtas,
Nullaq; res maius tempore robur habet.
Scripta ferūt ānos, ſcriptis agamēnōa noſti,
Et quiſquis contra, vel ſimul arma tulit.
Quis thebas ſeptēq; duces ſine carmiē noſſet
Et quicquid poſt hęc, quicquid & āte fuit?
Dij quoq; carminibus (ſi fas eſt dicere) fiūt,
Tantaq; maieſtas ore canentis eget.
Sic chaos ex illa naturę mole prioris,
Digeſtum partes ſcimus habere ſuas.
Sic affectantes coeleſtia regna gigantes,
Ad ſtyga nubifero vindicis igne datos.
Sic victor laudem ſuperatis liber ab indis,

vt doceat nil eque principi conuenire. Veſtrarumq; laudum. Geſtorum veſtrorum, ex quibus laudem conſequimini. Peragunt preconia, Complectuntur et continent predicationes. Auctorum, Eorū qui preclarum aliquod opus edidere. Alij legunt actorum hoc eſt geſtorum. Fit viuax, Fit immortalis. Experſq; ſepulchri, Et ſine morte. Notitiam ferę poſteritatis habet, Propagatur vſq; ad poſteros in longum tempus. Tabida vetuſtas, Longinquitas tēporis, qua omnia putreſcunt. Conſumit ferrum, Corrodit ferrum. Lapidemque, Et ſaxa ipſa. Maius robur, Maiores vires. Tempore, Diuturnitate temporis. Scripta, Poemata. Ferūt annos, Afferūt et oſtēdunt annorum longitudinem, quę enim iampridem geſta fuerunt, ſcripta et verſus ita oſtendunt, vt noſtris temporibus fuiſſe credamus, vel auferunt annos, quia ſcripta non ſinunt res geſtas diuturnitate temporis exoleſcere. Ferre autem pro auferre poſuit etiam Vergilius. Quum dixit. Omnia fert ętas, animum quoq;. Scriptis Agamemnona noſti, Verſu Homeri cognoſcimus, quis fuerit Agamemnon. Et quiſquis contra: Et cognoſcimus etiam ſcriptis eos omnes, qui opem tulerunt Troianis contra Agamemnonem. Vel ſimul, Vel etiam eos omnes, qui ſimul cum Agamemnone venere ad eam expeditionem, eos enim nominat Homerus in Catalogo Iliados. Quis thebas ſeptemq; duces. Quis etiam ſciret bellum Thebanū, et ſeptem illos duces. Adraſtum. Polynicem. Hippomedonta. Tideum. Amphiaraum. Parthenopeum, et Capaneum. Sine carmine. Niſi poetę ea nomina et bellum illud carmine complexi eſſent. Poſt hęc, Poſt huiuſmodi bella. Et ante. Et priuſquam fierent hęc bella: Dij quoq; carminibus. Poetę etiam in coelo locant, et deum faciunt, quem volunt. Tantaque maieſtas. Et tanta deorum amplitudo. Ore canentis eget. Indiget celebratione alicuius poetę. Sic. Hoc modo, hoc eſt per carmina. Chaos. Primam illam elementorum confuſionem. Quid autem Chaos ſit, et quomodo dicatur, vide in enarrationibus noſtris in Ouidium de arte amandi. Ex illa mole, Ex eo globo. Naturę prioris, Prioris cum antequam eſſent elementa diſiuncta. Digeſtum. Diſpoſitum, ordinatum et diuiſum ſcilicet chaos. Partes ſcimus habere ſuas. Scimus in quatuor partes diuiſum

eſſe in ignem, aera, aquam, et terram, hęc autem omnia Heſiodi carmine cognoſcimus, quę niſi eius carmine complexa eſſent, nobis eſſent incognita. Sic, Hoc eſt per carmina. Affectantes. Cupientes aſcendere. Pompeius ſcribit Affectare eſſe pronum animum ad faciendum habere,

Affectare

Liuius libro tertio ab vrbe condita. Illi grauiorum affectantes Tribunatum in comitiorum diſceptationem ab lege certamē auerterant, plura diximus in Apologia noſtra, vbi carmen illud Ouidianum ex metamorphoſeos enarrauimus. Regnum coeleſte gigantes Affectaſſe ferunt. De gigantibus vero, et bello gigantęo abunde diximus in enarrationibus noſtris in Ouidium de Triſtibus, repete quę illic ſcripſimus. Ad ſtyga datos, Eſſe ad ima Tartara detruſos. Nubifero igne, Fulmine nubes glomerāte. Fulmen enim maxime turbato fit aere vt Plinius docet, quia collectus humor abundantiam ſtimulat, aut quia turbatur aer quodam ceu grauidi ſideris partu, Trium autem ſiderum compertum eſt ignes eſſe, qui decidui ad terras fulminum nomen habent, ſed maxime ex his medio loco ſiti, fortaſſis quoniam contagium nimij humoris ex ſuperiore circulo, atque ardoris ex ſubiecto, per hunc modum egerat, ideo dictum Iouem fulmina iaculari, ergo vt e flagrante ligno carbo cum crepitu, ſic a ſidere coeleſtis ignis expuitur pręſagia ſecum afferens. Vindicis, Iouis vindicantis eam Gigantum iniuriam, vel vindicis, hoc eſt Iouis liberatoris, & aſſertoris, quaſi coelum liberantis a gigantum poteſtate. Eſt enim vindicare, non modo vlciſci, ſed etiam ab iniuria ſine iactura facienda defendere, & in libertatem, aut ſeruitutem aſſerere, hinc dictę ſunt vindicię, de quibus apud Liuium lib. iii. ab vrbe cōdita crebra fit mentio. Et quoniam ab eruditis quid ſint vindicię, quęri ſolet, id it obiter declaremus, de cuius vocabuli ſignificatione ita ſcribit Aſconius Pedianus. Lis vindiciarum eſt, quum litigatur de ea re, cuius apud prętorem actum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor, et ideo qui eā tenet dat pro prede litis vindiciarum aduerſario ſuo, quo illi ſatiſfaciat, nihil ſe deterius in poſſeſſione facturum, de qua iurgium eſſet. Sic, Hoc pacto, hoc eſt per carmina. Victor liber. Bacchus domitor. Laudem. Subaudi ab interiori traxit. Ab indis ſuperatis. A populis Indię, quos ipſe Bacchus egregie ſupe

Fulmen quō fit

Vidicare

Vindicię

Lis vindiciarum

uenit, vt refert Diodorus ſiculus, et nos etiam alibi plenius diximus. Alcides capta, Sic etiam Hercules per carmina gloriam reportauit poſt Oechaliam deuictam. Hercules autem Iolen Euriti petijt coniugem, quę quum denegaretur, in Ætholiam venit, vbi Deianiram Oenei ex Althea duxit vxorem; Deinde memor iniurię contra Euriti liberos exercitum duxit, quumq; Arcades ei opitularentur vrbe capta Euriti filios occidit Toxeum, Molionem, pytium, Iolen captiuam ſecum ducens, auctor Diodorus. Traxit. Ab duxit. Ab Oechalia capta. Ab expugnata Oechalia. Fuit aũt Oechalia in Theſſalia, Arcadia, et Euboea, Sed Oechaliam de qua hic loquitur poeta in Euboea fuiſſe videt Diodorus ſentire, alij vero eam fuiſſe i Theſſalia autumant.

Herculis ob Iolen geſta — *Oechalia*

Alcides capta traxit ab oechalia.
Et modo cęſar auũ quẽ virtus addidit aſtris,
Sacrarunt aliqua carmina parte tuum.
Siquid adhuc igitur viui germanice noſtro
Reſtat in ingenio, ſeruiet omne tibi.
Non potes officium vatis contemnere vates,
Indicio pretium res habet iſta tuo.
Quod niſi te nomen tm̃ ad maiora vocaſſet,
Gloria peridum ſumma futurus eras.
Sed dare materiã nobis q̃ carmina maius,
Nec tamen ex toto deſerere illa potes.
Nã mõ bella geris, numeris mõ bella coerces.
Quodq; alijs opus eſt hoc tibi luſus erit.
Vtq; nec ad citharã nec ad arcũ ſegnis apollo,

Et o Cęſar, Et o Germanice, quia poeta ſuperius coeperat Germanicum alloqui, et digreſſione aliquantiſper vſus fuerat, nunc ad eũdem ſermonem dirigit oſtendens ſe quoq; Augusti laudes carmine complexum fuiſſe, et aliqua parte eo modo illum donaſſe immortalitate. Quẽ virtus modo addidit aſtris. Qui pauloante propria virtute numero deorum additus eſt. Tuum auum Auguſtum Cęſarem auum tuum, qui Tiberium filium habuit per adoptionem, et is Germanici etiam pater fuit per adoptionem, et ſic Auguſtus auus fuit Germanici. Sacrarunt aliqua carmina parte. Aliqua etiam parte immortalem fecerunt carmina. Videtur autem deſignare poeta carmen a ſe compoſitum in laudem Auguſti defuncti, vt diximus ſupra, de quo in ſequenti huius libri epiſtola ita cecinit poeta Auguſtum alloquens. Prouenient illuc et carmina forſitan illa, Quę de te miſi coelite facta nouo. Si quid viui. Si quid viuidum et foecundum, aut ſiquid ęternitatis. Adhuc reſtat in noſtro ingenio. Adhuc non eſt mihi ſublatum ẽ adeptum aſſiduis malis, in quibus verſor. Seruiet omne tibi, Omne illud viuidum, et quod poteſt ęternitatem afferre, quod ſupereſt laudes tuas complectetur o Germanice. Officium vatis. Officium poetę tibi ingenij ſui opus, et ęternitatem carmine pollicentes. Vates. Tu qui es es optimus poeta, ꝙ autem Germanicus fuerit poeta docet Tranquillus, ſcribens eum reliquiſſe Comędias gręcas, et in Faſtis etiam Ouidius eo verſu. Si licet et fas eſt vatis rege vatis habenas. Alloquitur enim Germanicum, cui Faſtorum libros dicauit, quamuis tamen non deſint, qui faſtos nõ Germanico, ſed Tiberio Cęſari dicatos cõtendit, inter q̃s eſt doctiſſimus, et Veteranus Sulpitius meus, qui Romę iam multos annos prof. vir bõ tetur, idq; efficaciſſimis rationibus probat, et duos clariſſimus illos verſus Ouidij in Faſtis ita legendos cenſet, vt in codice vetuſtiſſimo ſcriptum multis ſe oſtendiſſe mihi narrauit. Tu quoq; cum Druſo preemia fratre feres, vbi nunc quidam patre pro fratre vulgo legunt falſo vt ille quidem aſſerit, vt in alio etiã verſu ſubdito. Et tuus Auguſti nomine dictus auus, quum ab illo non auus, ſed bonos legatur, et ita in antiquis exemplaribus ſe legiſſe idem affirmat, quod ſi ita erit cętera ad Tiberium referri poterunt nulla re penitus refragante. Quod autem Tiberius Germanicus fuerit appellatus, non caret exemplo, nam in hoc opere (vt ſuperius docuimus) poeta Germanicum appellauit Tiberium, et in Faſtis hoc idem poetam factitaſſe ipſe Sulpitius docebat. Quare hęc legentes quęſo boni conſulant, hoc nec affirmare in preſentia nec refellere in animo eſt. Satis eſt doctiſſimi hominis ſententiam oſtendiſſe. Iudicio tuo. Te ita iudicante. Habet pretium. Cenſetur, et habetur in pretio tuo iudicio, quia tu optimus poeta ſcribis poemata, quod non faceres, ſi ea facultas non eſſet nobilis. Res iſta. Facultas poetica. Nomen tantum, Tanta fama virtutis tuarum, vel nomen Cęſaris. Vocaſſet te ad maiora. Elegiſſet te ad imperium. Gloria pieridum ſumma futurus eras. Eras futurus maximus poeta. Sed dare materiam nobis. Sed prębere poetis facultatem ſcribendi de rebus a ſe geſtis. Quã carmina maius. Eſt maioris honoris, quam ſcribere carmina. Senſus eſt. Imperatores q res magnificas gerunt, quę poſtea a poetis carmine celebrantur, maiores ſunt ipſis poetis. Ex toto. Ex oĩ parte. Deſerere illa potes. Potes illa carmina, et poetices ſtudium relinquere, quamuis ſit maior imperatoria dignitas, poeta ipſo. Quaſi dicat in vtroq; excellis, quod ſtatim ſubdit. Nam modo bella geris. Nam aliquando te imperatorem prębes et pugnas. Numeris modo bella coerces. Aliquando bella intermittis, et carmina componis, et ſic coerces bella. Opus eſt. Labor eſt, vel opus et materia ac ars propria. Hoc tibi luſus erit. Id erit tibi facile et minime laborioſum quaſi quidam ludus, et eſt magna laus Germanici, cui quod alijs difficile ſit, id ei facillimum videatur propter vberiorem venam poeticę facultatis. Ad cytharam. Ad muſicam, qua in quiete et ocio vtimur. Ad arcum. Ad bellicum inſtrumentum. Sed vterque neruus.

Germanicus poeta fuit — *Faſtorũ libri cui dicati* — *Sulpitius*

Sed vtraq;

Sed vtraque chorda et cytharę ẽ arcus. Venit ad ſacras manus, Tractatur ſacris digitis Apollinis. Artes docti, Artes liberales, et poeticę ſtudia, in quibus verſantur docti. Nec deſunt tibi, Nec a te alienę ſunt. Artes principis, Artes imperatorię, hoc eſt rei militaris ſcientia. Nec, Subaudi deſunt tibi. Mixta ſed eſt animo tuo, Sed hęret animo tuo.

Sed venit ad ſacras neruus vterq; mãus.
Sic tibi nec docti deſunt, nec principis artes,
Mixta ſed eſt animo cu*m* Ioue muſa tuo.
Quę q*uo*m nec vos vnda ſummouit ab illa,
Vngula gorgonei quam caua fecit equi.
Proſit, opemq; ferat communia ſacra tueri,
Atq; iiſdem ſtudiis impoſuiſſe manum.
Littora pellitis nimium ſubiecta corallis,
Vt tandem ſęuos effugiamq; getas.
Clauſaq; ſi miſero patria eſt, vt ponar ĩ illo,
Qui minus Auſonia diſtat ab vrbe loco.
Vnde tuas poſſim laudes celebrare recentes.
Magnaq; quã minia facta referre mora.
Tangat vt hoc votum coeleſtia chare ſuille,
Numina pro ſocero pene precare tuo.

Ad Gręcinum.

Vnde licet non vnde iuuat Gręcine ſalutem, (dis.
Mittit ab Euxinis hãc tibi naſo va

Cum Ioue muſa. Doctrina cũ optimo principe, qualis eſt iuppiter deorum, per Iouem enim intelligit imperatoriam, et principis ſcientiam, per muſam vero poeticę facultatẽ. Quę, Scilicet muſa. Ab illa vnda, Ab eo fonte, quem ſciunt poetę fuiſſe in monte Parnaſo effoſſu*m* pede pegaſi equi allati, qui ex Medusę ſanguine ortus eſt. Vt docet Ouidius, Aratus ſcripſit equum pegaſum fuiſſe, qui in helicone boeotię monte vngula ſaxum feriens fontem aperuit, et ex eius nomine Hyppocrine eſt dictus quaſi fons equi. Quã, Vndam ſcilicet. Caua vngula, Pes cauus Equi gor. Equi pegaſi, nati ex ſanguine Medusę, quę tur Gorgon appellata fuerit, docuimus in enarrationibus noſtris in Ouidium de arte amandi. Proſit, Mihi conducat. Communia ſacra tueri. Me communiter tecum colere ſtudia poetica. Atq; iiſdem ſtudiis impoſuiſſe manum, Et proſit attigiſſe eadem ſtudia, vel finem impoſuiſſe iiſdem ſtudiis, quod fieri ſolet, cum poeticę facultatis finem attingimus, et ſumus optimi poetę. Littora pellitis, Hic docet in quo velit ſibi prodeſſe communia poeticę facultatis ſtudia. Pellitis corallis, populis illis ſcythię veſtitis rhenonibus, hoc eſt veſtibus ex pellibus, de quibus ita in epiſtolis ſcribit Seneca. Non hodieque magna Scytharum pars terga vulpium induitur, quę tactu mollia, et impenetrabilia ventis ſunt, De corallis vero populis diximus ſupra, Eſt autem ordo, proſit et reliqua, vt tandem effugiam littora nimium ſubiecta corallis pellitis, et ſęuos getas, quibus verbis petit mitius exilium. Clauſaq; ſi miſero patria eſt, Et ſi non poſſum in patriam reduci de hoc Scythię exilio. Vt ponar, vel vtinam ponar, vel ſubaudi a ſuperiore proſit et reliqua. Qui minus diſtat ab vrbe Auſonia, Qui ſit minus remotus ab Italia, quam ciuitas Tomitana. Vnde, Ex quo loco ita minus remoto. Poſſim celebrare, Poſſim celebrando ſcribere. Laudes recentes, Laudes a te acquiſitas, et minus veteres, nam antequam phama rerum a te geſtarum veniat in Scythiam, multum temporis internallum elabitur, et ſic ea geſta tanquam vetera narrare ſoleo, quod non fiet ſi propriu*m* exilium adeptus fuero, aut p*er* laudes recentes vult poeta ſignificare Germanici victoriam, quam de Germanis paulo ante conſecutus fuit, Germanicus enim Iunior (vt ſcribit Tranquillus) miſſus ad exercitum ĩ Germaniam, morte Augusti nunciata, legiones vniuerſas Imperatorem Tiberium recuſantes, et ſibi ſummas reipublicę deferentes compeſcuit, atq; hoſte mox deuicto triumphauit, ſuperior ſenſus magis placet. Magnaq; facta referre. Et vnde poſſim narrare geſta tua inclyta. Quam minima mora, Quam minimo temporis internallo, hoc eſt breuiſſimo tempore. Tangat, Moueat Flectat. Vt hoc votu*m*, Vt hę meę preces; et hoc meum deſideriũ. Coeleſtia numina, Deos immortales, vel Tiberium et Germanicum. Pro ſocero poetę, Pro me quaſi ſocero tuo, priuignam enim meam hoc eſt filiam vxoris meę vxorem habes, quę cum ſit mihi priuigna, eſt quaſi filia, et tu quaſi gener, ego vero quaſi ſocer tuus ſum.

In Nonam Epiſtolam Enarratio.

Vnde licet, nõ vnde iuuat, Factus certior poeta de noua Gręcini in conſulem deſignatione dolet q*uod* abſit, nec poſſit lętitiam conceptam coram exponere, fruique ſpectaculis, quare cum aliter nequeat, iubet hanc epiſtolam partes ſuas obire, memoratq; ſe mente ea omnia viſurum, quę ipſe longo carmine commemorat, Deinde eum rogat, vt pro ſe precetur, ac reditum impetret, proxime etiam dicit ſe non minus gaudere, q*uod* illi in conſulatu ſucceſſurus ſit eius frater, quos ambos precatur vt ſibi opem ferant exponens exilii ſui incommoda, eorumque Flaccum teſtem adducit narrans quę de ſe vigeat fama inter Scythas, quamq; colat Cęſares domi ſuę, qua pietate dicit ſe ſperare aliquando ſibi imperatorem mitem futurum. Vnde licet, Vnde poſſum hoc eſt

Pegaſus

Hyppocrine

Germanicus Iunior

Rhenões Scytharum

e Scythia. Non vnde iuuat, Non vnde me delectat, vellem enim aliunde magis, quam e Scythia, et e loco magis cōmodo et vicino ad te ſcribere, quibus verbis latenter deſignat velle ſe eſſe in cōmodiori loco. Ab euxinis vadis, A littoribus maris Euxini, in cuius ora ſita erat Tomos. Lictoris

drigis ſumpta. Curreret ſincero axe, Curreret et laberetur ſine vlla labe, quaſi non fracto, aut vitiato axe, ſine quo currus minus eſt agitabilis. Eſt. n. axis lignum circa quod rota voluitur. Quo. Scilicet munere et officio. Per ſcriptum fungitur. Fungitur ſcribendo. Lingua, Meus ſermo. Munere ſalutandi tui.

Miſſaq; dij faciant auroram occurrat ad illā,
Biſſenos faſces quę tibi prima dabit.
Et quoniam ſine me tanges capitolia conſul,
Et fiam turbę pars ego nulla tuę.
In domini ſubeat partes, & preſtet amici
Officium iuſſo littera noſtra die.
Atq; ego ſi fatis eſſem melioribus ortus,
Et mea ſincero curreret axe rota.
Quo nunc nr̄a manus perſcriptū fungit, eēt
Lingua ſalutandi munere functa tui.
Gratatuſq; darem cū dulcibus oſcula verbis,
Nec minus ille meus, q̄ tuus eſſet honor.
Illa confiteor ſic eſſem luce ſuperbus,
Vt caperet faſtus vix domus vlla meos.
Dumq; latus ſancti cinget tibi turba ſenatus,
Conſulis ante pedes ire iuberer eques.
Et quāquā cuperem ſemper tibi ꝓximus eſſe,
Gauderem lateri non habuiſſe locum.
Nec querulus turba quamuis eliderer eſſem,
Sed foret a populo tū mihi dulce premi.
Proſpicerē gaudens, q̄tus foret agminis ordo,
Denſaq; q̄ longum turba teneret iter.
Quoq; magis noſcas quā me vulgaria tāgūt,
Spectarem qualis purpura te tegeret.

Miſſa, Vt hęc epiſtola ad te ſcripta. Ad illam auroram, Illo die et mane. Occurrat, Reddatur. Biſſenos faſces, Duodecim lictores cum ſingulis faſcibus virgarum, et ſecuribus precedentes, Dicebantur autem lictores a ligādo, vt Valgius Ruffus et Gelius ſcripſere. Tyro libertus Ciceroīs a licio eos dictos putauit, Licio enim tranſuerſo cincti erant. Plutarchus ſcribit lictoris nomen a greco deductum eſt et ſine cāꝗ quibus ſeruum λειτον publicus dicitur, q lictores publici erāt miniſtri. Deſignat autem Ouidius Calendas Ianuarij, quibus noui conſules magiſtratum inibāt, et in capitolium accedebant cum ſenatu ſacrificaturi dijs immortalibus, vnde ſubiūgit poeta, et quoniam ſine me tanges capitolia conſul. Scribit Liuius conſules die magiſtratus inin ſolitos fuiſſe adire omne templum Iouis, et proficiſci in capitolium ad vota nuncupanda. Illud ſciendum a Liuio referri varijs temporibus Romanos magiſtratus inire ſolitos fuiſſe; aliquando Idibus Maijs, idem in libro quinto ab vrbe cōdita ſcribit Idus Decembres ſolemnem fuiſſe ineundis magiſtratibus diem. Idem docet Conſules iniiſſe conſulatum olim Calendis ſextilibus, quia principium anni eo die agebatur. Idem libro triceſimoprimo ſcripſit, q Idibus Martijs olim Conſulatus inibatur. Et fiam turbę pars ego nulla tuę. Et ego non adero cum ceteris, qui te in Capitolium proſequentur. In domini ſubeat partes. obeat meum munus, ſe autem eleganter dominū huius epiſtolę appellat. Et preſtet amici officiū. Ideſt et peragat meum officium eundo pro me ad Grecinum amicum. Iuſſo die, Die Calendarum Ianuarij, quo hanc epiſtolam Romę eſſe iuſſit. Si fatis eſſem melioribus ortus. Si fortuna vterer magis ſecunda hoc eſt Si non exularem. Et mea rota. Et mea vita. Eſt enim ſimilitudo a qua-

Quo ipſe Romani inibant magiſtratus

Officio quo ego te o Grecine ſalutarem. Gratatuſq;. Et ego tibi gratularer. Cū dulcibus verbis. Dulci ac ſuaui verbor̄ alloquio. Ille honor, Ille tuus conſulatus. Nec minus eſſet meus. Nec minus a me meus eſſe exiſtimaretur. Illa luce. Illo die calendarum Ianuarij. Sic eſſem ſuperbus. Sic eſſem elatus propter tuum honorem. Vix caperet faſtus meos, Vix teneret meam ſuperbiam, et vix me caperet, Ex quo deſignat pre nimia ſuperbia ſe credere vix ſatis futuram fuiſſe domum vnam ad ſe capiendum, ſed pluribus videri opus fuiſſe. Cinget latus. Terga ſubſequetur deducendo te ad Capitolium. Eques, Ego ex equeſtri ordine. Ante pedes conſulis ire. Precedere te conſulem in ea pompa de more, Solebant enim equites precedere. Senatus vero ſubſequi. Lateri. Tuis humeris, hoc eſt iuxta tuum latus et te ipſum. Non habuiſſe locum. Non potuiſſe eſſe pre nimia turba tibi proximus. Nec eſſem querulus. Nec quererer. Quamuis eliderer turba. Quamuis premerer a nimia multitudine. Premi a populo, A frequenti et ſtipata multitudine elidi. Quantus foret agminis ordo Quam longa eſſet incedentium tecum ad Capitolium multitudo. Quam me vulgaria tangunt. Quantum me delectent ea; quibus vulgus etiam mouetur, vt ſunt diuitię, veſtes, et cetera ornamenta ac fortunę bona. Qualis purpura. Quam pulchra veſtis ex purpura Dibapha hoc eſt bis tincta, quę cunctis alijs erat precioſior. Vnde Cicero ad Celium ſcribens. Nam Curtius noſter inquit Dibaphum cogitat. et a Plinio elegantiſſime ſcribitur quemadmodum Lentulus Spinter edilis curulis primus vſus eſt in pretexta dibapha purpura Erat autem pretexta veſtis magiſtratuum. Signa formata. Simulachra rerum ſculpta. In ſella curuli. In ſede conſulari eburnea

Dibapha purpura

Signa quoq; in ſella noſſem formata curuli,
Et totum numidi ſculptile dentis opus.
At cum tarpeias eſſes deductus in arces,
Dum caderet iuſſu victima ſacra tuo.
Me quoq; ſecreto grates ſibi magnus agentē
Audiſſet, media qui ſedet ęde deus.
Turaq; mēte magis plena quā lāce dediſſem
Ter quater imperij lętus honore tui.
Hic ego pręſentes inter numerarer amicos,
Mitia ius verbis ſi modo fata darent.
Quęq; mihi ſola capit̄ nunc mēte voluptas,
Tunc oculis etiam percipienda foret.
Non ita coelitibus viſum eſt & forſitan ęqs,
Nam quid me poenę cauſa negata iuuat.
Mente tamen quę ſola loco non exulat, vtar,
Pretextam, faſces aſpiciamq; tuos.
Hęc modo te populo reddentē iura videbit,

rea. Calendis enim Ianuariis conſules noui inibant magiſtratus, et in ſella eburnea ſedere conſueuerunt. Oratius in epiſtolis. Dabit eripietq; curulem. Cui volet importunus ebur. Dicebatur autem Sella curulis, q̄ curru honoris gratia ſoliti erant in curiam vehi ſenatores, qui curulem magiſtratum hoc eſt maiorem honorem geſſiſſent, in quo curru ſella eſſet, ſupra quam conſiderent. Et totum opus ſculptile. Id eſt totum opus ſculptum in ea ſella, idem enim dicitur per diuerſa verba. Numidi dentis. Dentis elephantis Numidici, et Africani. Elephantes enim fert Africa vltra Syrticas ſolitudines, et in Mauritania. Fert et Aethiopia, ſed maximos India, Eorū dentes (vt docet Plinius) deciduos caſu aliquo, vel ſenecta defodiunt elephantes, hoc ſolum ebur eſt. Coepere tamen etiam eorū oſſa in laminas ſecari penuria, vt eſt auctor Plinius. Theophraſtus auctor eſt et ebur foſſile candido ac nigro colore inueniri, et oſſa e terra naſci, inueniriq; lapides oſſeos. In arces tarpeias, in arcem capitolinam.

Sella curulis

Vbi elephantū ortus

Dētes elephātum

At notus tepidus, Sed auſter calidus. ideo qr per meridiem regionum calidā tranſit, Nam venti oēs (vt diximus) ſunt ſua natura frigidi. Ab axe aduerſo, A ſeptentrione oppoſito. Axis. n. eſt dimenſio illa quę totius oſtenditur ſphęre, quum ex vtriſque partibus eius ad extremas circumductiones re ctę, vt virgulę pducunt, huius aūt cacumina, qbus maxime ſphęra nititur, pōli appellanē, quorum alter ad aquilonem ſpectans Boreus, alter oppoſitus auſtro. Notius ē dictus, hęc hyginius, Apuleius de mūdo ita etiam ſcribit. Eos polos dicimus, a qbus vehut a Cardinibus directio quędam pfecta Axis eſt dicta, qui diſtribuit et diſterminator mundi orbes terre in medietate conſtituens. Verum hi vertices, quos immobiles diximus ita ſunt, vt ſupra caput alter appareat ex parte borrę, qui ſeptentrionalis vocatur, alter Antarcticus humo tegitur humidis et auſtrinis vaporibus mollis. Eſt pcul, Lōge diſtat a ſeptentrionali, et pōtica regione, quā habito. Et rarus Et minus violentus modicus et raro ſpirans, ac q̄i cum quodam interuallo. Languidiorq; Et debilior pp locorum diſtantiam, qua impetus ille elaſeſcit. Scribit Diod. Siculus in calce libri primi. Notum apud nos pluuias afferre, Ethiopibus ſerenitatem. Et ventus quoq; boreę in Europa eſſe vehementes in illius vo regiō. bus remiſſos. Adde qđ hic clauſo, Scribit Macrobius aquā marinā nunq̄ gelu ꝯtrahi. Herodotus vero ꝯtra omnium ferme, qui hęc ſcripſerunt opinionem ſcripſit mare boſphoricum, qđ ē cimmerium appellat, eaque partium mare omne qđ Syrtium dicit, id gelu ꝯſtringi et ꝯſiſtere, aliter ē ac putatur, in illis enim regionibus plurimum eſt fluuiorum et paludum in ipſa maria influentium, Superficies maris, cui dulces aquę innatant congelaſcit, et incolumi aqua marina videtur in mari gelu, ſed de aduenis vndis coactum, Hoc et in ponto fieri videmus, in quo fruſtra quędam ſe runtur contracta de fluuialium, vel paluſtrium vndarum multitudine, in quas hoc frigore concreta tamen ſunt natantia, quaſi ſi natura maris plurimum autem aquarum talium influere ponto, et totam ſuperficiem eius infectam eſſe dulci liquore, pter qđ dixit Saluſtius Mare ponticum dulcius, ꝗ cętera. Quod ſi in pontum vel paleas, vel ligna, ſeu quęcunq; alia natantia proiecaris foras extra pontum feruntur in propontidem, atq; ita in mare quod alluit Aſię oram, quum ꝯſtet in pontū influere maris aquam, non effluere de ponto.

Aq̄ marina nō congelaſcit

Pōto clauſo, Mari Euxino circūquaq; littoribus ſepto, nec vllum aliud meatum hñti, niſi pponti dem. Perdit vim ſuam, Non eſt amara, imo dulce et ꝯgelatur ꝯtra maris naturam, Cur autem cur flumina congelanē, mare non, cām aſſignat Gellius lib. xvi. capite octauo. Hinc lycus influit, Lycus fluuius labitur in hoc mare ponticum, et ideo congelatur. Eſt autem lycus fluuius Armenię vt libro. xi. Strabo docet his verbis, Multi inquit amnes ſunt i Armenia, ſed clariſſimi phaſis et Lycus in mare ponticum exeuntes. Scribit Strabo amnes circiter quadraginta pontum intrare, ſed celeberrimos eſſe Iſtrum, Tanaim. Boriſthenem Hypanim Phaſin. Thermodonta, et Halyn. Hinc ſagaris, In ora pontica poſt Boſphori fauces et Rhebas amnes pontum, calpas eſt Sagaris fluuius ortus in Phrygia, dictus a pleriſq; (vt Solinus docet) Sāgaris, ſiue Sāgarius, Exordiū facit maris Euxini finibus, in quo oppidū Heraclea appoſitū lyco flumini. Et Martianus ſcribit B thyniā ab ortu Thraciæ aduerſas a ſagari flumine primos habitatores hre. Et paulopoſt. Dehinc pōt ora, fauces boſphori, et amnem rheſum ſagarimq;. Quare explodenda eſt ſententia cuiuſdam noſtro ſeo alioqui doctiſſimi, qui putanis Sagarim eum dici ab Ouidio, quē ptolemęus Agarim appellat non longe a lyco, quum ab eodem auctore in ora pontica dextra lycus et Sagaris fuerint, in ſiniſtra verō Agarus et lyſcus, non lyſus a Polemeo fuiſſe deſcriptum. Dicendus

Lycus

Sagaris

Error cuiuſdā doctiſſimi

Pertulit, & placidę ſępe fuere morę.
An graue ſex annis pulchrā fouiſſe calypſon,
Aequoreęq; ferunt concubuiſſe deę.
Excipit hippotades, q dat pro munere vẽtos,
Curuet vt impulſos vtilis aura ſinus.
Non bene cantantes labor eſt audire puellas,
Nec deguſtanti lotos amara fuit.

Placidę ſępe fuere, Sępe fuere iucundę, et nõ tur bulentę, q dimerebat apud deas, et alias pſonas. vbi illi oĩa arridebant. Morę, Interualla m. ran di in aliquibus locis, qđ ſtatim exẽplis pbat, Vlyſſes enim ex cyconũ pugna ad Lotophagos venit, Vix inde euanigãs in cyclopas incidit, deinde cũ Lęſtrigonibus pugnauit Eos dein fugiẽs a Circe retinetur, cuius offi tio Iferna loca luſtrauit, inde poſtea ſoluẽs in ſiciliã ſcyllę Carybdisq; pericula ſuperat, et ad Æolũ venit, Tũ ab eo dimiſſus a calypſo excipit, a qua niſi Iouis imperio nõ dimitti, Facto naufragio demũ ſolus in phęaciam delatus enatãs ab Alcinoo rege ſuſcipitur, qui eũ multis donis in Itacam remiſit incolumẽ vt Homerus cecinit. Pulchrã calypſon. Calypſo filia fuit Thetidis et Oceani vt Heſiodus ſcripſit, Homerus vero eius patrem fuiſſe Atlantem tradit, Ea inſulam coluit contra africam, quam Homerus Ogygiã, Põponius vero Ææam appellat, Fuit tñ altera Aeęa inſula, ſiue oppidum iuxta phaſin, cuius meminit in Magia Apuleius, Vnde Circe Aeęa a poetis, & artes magicę Aeę appellant, Ouidius in libro meta. Nec tenit ęę genitrix pulcherrima Circes, & alibi. Artibus ęęis, carpathiq; ſenis. Et Vergi. Aeęęq; Iſula Circes. Quare explodenda ẽ ſuper eo verſu Seruij opinio dicentis Circem Aeęã appellatam a vocibus eoꝝ, quos I bruta animalia puertebat, Calypſo igit (vt ad enarrationẽ noſtrã reuertamur) Vlyſſẽ amiſſis charybdis ſcyllęq; ſeuitia ſocijs nonẽ iactatũ diebus ſuſcepit, ſeptem annos, vel (vt hic aſſerit Ouid.) ſex detinuit, eius n amore tenebat, Vnde in libro .iij. de arte, ita cecinit Ouidi. Nõ formoſus erat, ſed erat facũdus Vlyſſes. Et tñ ęquoreas torſit amore deas, Deniũ Iouis mãdata Mercurio nunciãte magno męrore dimiſit multa prius de dijs immortalibus queſta, qm amãti inuiderent. Æquoreęq; deę, Calypſon intellige filiã Thetidis et oceani, ideo eã ęquoreã appellat. Fuit graue, Fuit moleſtus, quaſi dicat fuit ſumma voluptas, nã Vlyſſes ſeptẽ illos annos egit in ſumma voluptate. Excipit hippotades, Suſcipit Vlyſſem Aeolus hippotę filius, quã rem & poeta nititur oſtendere non nimis laborioſam fuiſſe. Qui dat pro munere ventos, Ferunt poetę, Vlyſſem ab Aeolo ventos accepiſſe in vtre, vt domum ſuam ſine eoꝝ leſione nauigaret, et quum nonẽ dies nauigans in portum perueniſſet, tãta fuit auiditas ſocioꝝ noſcendi quid illud eſſet vt opes putantes vtrem ſoluerent, quo facto venti cõtinuo euolarunt & illum redire coegerunt dicente Ouidio lib. decimoquarto metamor. Proxima poſt nonam quum ſeſe aurora moueret. Inuidiã ſocios, prędęq; cupidine captos. Eſſe ratos aurũ dẽpſiſſe ligamina ventis. Cum quibus iſſe retro per quas modo venerat vndas, Aeoliq; ratem portus repetiſſe tyranni, ſed cur a poetis Aeolus rex vẽtorum fuiſſe dicatur, Strabo lucidentiſſime deſcribit. Vtilis aura. s cõmarios Vlyſſis ventos intellige. Curuet impulſos ſinus, Vela tumi faciat impellendo ſuo flatu. Vtilis aura, Ventus ſibi ppicius & ſecundus nauigationi ſuę, quem Aeolus dimiſerat, reliquis cuiſui illi contrarijs in vtre concluſis, et datis dono ipſi Vlyſſi. Non eſt labor, Non eſt laborioſum. Bene cantantes puellas, Sirenes bene canentes quas tres fuiſſe legimus. Parthenopẽ. Leucoſiam, et lygiã, habitaſſeq; Siciliam circa pelorum, Alij Sirenuſas habitaſſe tradũt, quę fuere ad ſinum poſſidoniatem inſulę tres petroſę et deſertę ſunt qui dicant ſirenuſas ſcopulũ fuiſſe triuerticem inter Cumanum ſinum, et poſſidoniatem, vbi Sirenum templum videbatur, Fuere autem ſirenes filię Acheloi et Caliopes, ſiue Terpſicores, ſunt qui illas quatuor fuiſſe dicãt Aglauſin ſi licet, Thelciopen, pſino et ligiam, Hę quidẽ in cantu mortales allectos in mare deturbabãt. Vlyſſes vero Circes vſus conſilio cęra aures ſociorum obturauit. Ipſe vero alligatus malo ne cogeretur in mare deſilire, illarum cantus audiuit impune, Vnde Martialis ad Caſſianum ita inquit, Sirenes hilarem nauigantium pęnam, Blandaſq; mortes gaudiumq; crudele, Quas nemo quondam deſerebat auditas, Fallax Vlyſſes dicitur reliquiſſe. Et Ouidius libro tertio de arte amandi. Monſtra maris ſirenes erant quę voce canora. Quaſlibet admiſſas detinuere rates, Vlyſſes quoq; apud Homerum lib. vndecimo odiſſeę Ita inquit, Quum vero tantum ab inſula abeſſemus, quãtum leni remorum pulſu vox exaudiri poſſet, minime caſe ppinquo nauigantes latuimus, ſed ſtatim cantare pcuquã ſuauiter orſę ſunt, Huc ades inclyte Vlyſſe magna achiuorum gloria, hic nauem ſiſte, vt noſtram vocem audias, nemo enim vnquam hac iter fecit, quin noſtri cantus ſuauitate demulceretur, qua oblectatus, et plura doctus a nobis dimittitur, et poſtea ſequitur. Sic ſuauiſſima voce canẽtibus ego audiendi cupidus ſocijs, vt me ſoluerent ſupercilijs annuens iubebam. At perimedes et Eurylochus ab remis, quibus incumbebant propꝑantes in plurib' me vinculis implicuerunt, ita tanto percurſo ſpatio, vt non amplius earum voces audiremur, amota a ſocioꝝ auribus cęra ipſi me ſoluerũt et reliqua Palephatus autem (vt eſt auctor Euſebius i lib. primo incredibilium) eas fuiſſe meretrices ſcribit, quę nauigantes deciperent. Nec deguſtanti, Oſtendit id ẽt nõ fuiſſe Vlyſſi ita labori et eſt fine aſcribendũ. vt nõnulli arbitrati ſunt Vlyſſes autẽ tempeſtate delatus ad Lotophagos in Africã agitur, ſocios ſciſcitatum mittit, qui guſtata Loto neq; quicquam renunciare, nec redire curabãt cibi n. ſuauitate allecti ſuoꝝ viuebant obliti, quos Vlyſſes inuitos ad naues reduxit. Lotophagoꝝ terrã Me-

Margin notes: Vlyſſis errores; Calypſo; Ogygia; Aęa; Circe; Aeęa; Artes Aeęę; Seruij error; Vẽti vlyſſi dati in vtre.; Sirenes; Sirenuſſe; Vlyſſes ad lotophagos

Hos ego qui patrię faciant obliuia ſuccos,
Partē meę vitę, ſi modo dentur, emam.
Nec tu contuleris vrbes leſtrygonis vnquam
Gentibus, obliqua quas obit hiſter aqua.
Nec vincet cyclops ſęuum feritate phylacem,
Qui quota terroris pars ſolet eſſe mei.
Scylla ferox trūco cū latret ab īguine mōſtris,
Endochię nobis plus nocuere rates.

tinge inſulam Strabo appellatā reſert, Eratoſthē nes vero Lotophagitem longitudine trigintaquinque milia paſſu. Latitudine, viginti quinque eā ait Strabo Lotophagos tenuiſſe ſcribit ob eā cām, quū illic multa ſit Lotos, et aręque Vlyſſis monſtrentur, Eſt ſane Lotos arbor paulo maior piro, fructus ciceris magnitudine ad mirandę ſuauitatis.

Lotos

In italiam trāſlatas mutare naturam Plinius ſcribit, Herodotus in ęgypto herbas eſſe Lotoi tradit, qua Ægyptij veſcūtur, De lotophagis alibi etiā abūde diximus. Hos ſuccos, Huiuſce loti fructū. Qui patrię faciant obliuia, Qui mihi talem inducant, patrię meę et romanę ciuitatis obliuionem, quales induxit ſocijs Vlyſſis. Partē meę vitę. Aliqua parte meorum annorum. Si mondētur, Si modo accipiam ab aliquo huiuſmodi fructus obliuionem inducentes. Nec tu cōtuleris vrbes leſtrigonis vnquā, Poſtquā poeta cōmemorauit breuiter Vlyſſis incōmoda, nunc illa cum ſuis cōparat, vt ex huiuſmodi comparatione maiora ſua eſſe probet, ꝗ Vlyſſis. Fuere aūt Leſtrigones populi in extremo Italię Siciliā verſus efferis moribus habitantes prius vrbem formiam inter Terracinā et ſinueſſam vt in meta. docet Ouidi. ad hos igitur peruenit Vlyſſes, miſitque Machareum cum duobus ſocijs ad Antiphatem, qui vix cum altero fuga vitā ſeruauit, Sed orto bello vna cum Vlyſſis naue effugit cętera ſociorum claſſe amiſſa. Nec vnꝗ ꝯtuleris, Nec vnquam cōparaueris, quia Scythę ſunt magis ſęui, Leſtrigones vero mitiores ipſis ſcythis. Gentibus, populis ſcythiam et orā ponticam tenentibus, quos periſtrum deſignat, quem dicit illos obire. Obit, Circuit, tranſit. Obliqua aqua, Aqua danubij non recto, ſed flexuoſo curſu labenti per populos Scythię. Nec vincet cyclops: Confert adhuc Vlyſſis mala cum ſuis. Notum eſt, quēadmodū Polyphemus Neptuni filius fuit ex Thoſa filia phorci, ad quem in Siciliam venit Vlyſſes cū duodecim comitibus poſt multos caſus, hoiez igitur de loci ſitu, & huius ritu ſciſcitat, ille poſt ſuppoſitam, duos eius ſocios pariꝰ deuorauit, aliosque deinceps. Tunc Vlyſſes pacis reconciliatione ſimulata vini cadū vnū ex tribus quos ſecū vexerat, ſitienti porrexit, Ebrius igitur ſomnum cępit, cui Vlyſſes cū cęteris ſocijs oculū vnum, quē torua ſub frōte gerebat, eruit, interfectarūque pellibus induti oēs, ex eius antro tuti digreſſi ſunt. Sęuū phylacem, Immanē illū regē ſcytharum, Legi romę in vetuſtiſſimo codice plachen. Quota pars, Rara, vel nulla pars, et ad Polyphemum refertur, vt ſit ſenſus, Qui cyclops ſolet eſſe rara vel nulla pars timoris pię illo, quē infert rex ſcythię philax. Scylla feris trunco, Scyllā Arceſilaus tradit filiā fuiſſe phorci, et Hecates, Alij phorci et Cratęidis nymphę, Plinius

Leſtrigones

Polyphemus

Scyllę fabula

Cratais fluminis, Alij phorbantis, et Hecates, vel phorbantas dicitur Steſicorus lamię, Hanc Glaucus marinus deus amauit, ꝓpter qd a Circę in monſtrū marinum cōuerſa eſt, vt docet Ouidius libro decimoquarto metamor. Eius formam ita deſcribit Circe apud homerum in Odyſſea libro duodecimo monens Vlyſſē, Duo ſunt ſcopuli inquit, cacumen montis exuperat, in quod nemo mortaliū aſcēdit vnꝗ, in medio ſcopulo ſpelūca erebi inſtar, habitat illic ſcylla monſtrū immane, cui pręter deum occurret nemo, aſpectu triſtis duodecim habet pedes, colla prelonga ſex, totidem capita, dentes triplici ſerie pectinatos, capita extendens belnas ingentes piſcatur, Maro etiam noſter in libro tertio. Æneidos eam ita deſcribit. Prima hoīs facies et pulchro pectore virgo Pube tenus, poſtrema immani corpore piſtrix Delphinum caudas vtero, cōmiſſa luporum. Re vera autem ſcopulus eſt in freto Siculo vt ſcribit Plinius libro tertio Saluſtius item dixit eſſe ſaxum ingēs humanam habens effigiem parte ſuperiori, inferiori vero plures habere ſcopulos ſub radicibus cauernoſos, vbi canum latratus, et vlulatus luporum vnda refracta repreſentat. Seruius quoque putat canes et lupos ex ſcylla natos fuiſſe ideo hoc totum fingi, quia ipſa loca plena ſunt monſtris marinis, et ſaxorum aſperitas illic imitatur canum latratus, Scylla igitur in monſtrum horrendum conuerſa, memor veneficiorum Circes Vlyſſen omnibus ſocijs ſpoliauit dicente Ouidio in libro metamorphoſeos, Scylla loco manſit cumque eſt data copia primus In circes odium ſocijs ſpoliauit Vlyſſen, et Vergilius. Quid loquar aut ſcyllam niſi quam fama ſecuta eſt candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris Dulichias vexaſſe rates, & gurgite in alto Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis. Cum latret, Cum in Vlyſſem ſeuiat ſolo latratu. Mōſtris feris. Canibus et monſtris marinis, legitur etiam ferox, vt ſit ſcylla ferox. Ab inguine trunco, Ab inguine ſeparato forma a reliqua parte corporis, id enim ſcelum fuit refertum capitibus caninis, Vterus enim (vt eſt apud Vergilium) Lupi formam tenuit, cui inguen iunctum fuit, Inguina enim ſummę coxę partes dicunt, ab inguine igitur trunco dixit, quoniā Scyllę inguina trunca erant forma humana, et ab ea ſeparata, cui habebat commiſſa monſtra. Ouidius libro decimoquarto metamorphoſeos elegātiſſime. Et corpus quęrens femorum crurumque pedumque Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis. Statque canum rabies ſubiectaque terga ferarum. Inguinibus truncis, vteroque extāte coercet. Endochię nobis, Emenda et lege Heniochę nobis, Fuere autem Heniochi populi in ora maris Euxini

Scyllę forma

Inguina

heniochi

Huc lycus huc ſagaris, peneuſq; hypaniſq; cra-
Influitq; et crebro vertice tortus halys (teſq;
Partheniuſq; rapax, et voluēs ſaxa cynaphes
Labitur, et nullo tardior amne tyras.
Et tu fœmineę thermodon cognite turbę,

erat potius a Ptolemęo Sagarim nō agarū ſed pro
ſagaro zagarū vnius litterę mutatione appellari.
Peneuſq; Legēdū eſt penius nō peneus, tū q; ſyl-
laba repugnat, tū q; peneus fluuius eſt theſalię nec
penius fl. in pontū fluit. Ouid. in met. Vocāt tēpe, per quę pe
Locus Pli neus ab imo et reliqua. penij aūt fluminis in ora
nij et Oui pōtici littoris deſinē-
dij reſti tis ita meminit Plini
tutus us. A phaſide centum
millia paſſuū gens Sā
nigaꝝ, oppidum cy-
gnus. Flumen et oppi
dū penius. Sunt qui
eo in loco pro penio
pityum reponant ſri
vola ſatis ratiōe. Ego peniū (vt in oībus plynianis
codicibus legitur) ſcribendū affirmo, quā lectionem
hic et Ouidius ɔfirmat, lꝫ depranate vnius litterę
mutatione pro penio peneus hactenus lectum fue
rit. Nō deſunt et qui paniſum ꝑ penio legendum
putent in hoc Ouidij verſu, cuius fluminis memi-
nit Plinius ac Strabo, prior lectio magis placet.
Hypanis Hipaniſq; Hipanis fluuius ē Scythię ex magna
palude profluens, vt docet Herodotus, Pōponius de
eo ita ſcribit, Hypanis ex grādi palude oritur, quā
matrē eius accolę appellāt, et diu qualis natus eſt
deſluit tm̄ non lōge a mari ex paruo fonte, cui
ex Ampheo cognomen eſt, adeo amarus aquas ac
cipit, vt ipſe quoq; iā ſui diſſimilis et non dulcis
hinc deſluat, et reliqua. Alter ē Hypanis fluuius In
dię, vt eſt auctor Strabo. Crateſq; Cratē fluuium
ad orā pōticā fluere hic innuit Ouidius, ego nihil
compertum habeo, quare depranatā hanc dictio-
nem exiſtimo, et non crateſq; ſed coranxq; fortaſ-
ſe melius a pleriſq; legitur. Coranx enim fluuius eſt
in ora pontica dextra non longe a Calpa, vt Pto-
Coranx. lemęus docet, Sunt qui legant hipaniſq; nomaſq;
vt Nomas fluuius ſit in Scythiam profluēs, cuius
ita meminit Valerius Flaccus libro quarto. Nō ſe-
ptenugemini memorem quas exitus iſtri. Quas ta
Nomas. nais fluuiuſq; lices, hypaniſq; nomaſq;. Addat opes
quantoſq; ſinus męotica laxēt. Æquora, flumineo
ſic agmine fregit amari. Vim ſalis. Non deſunt q
et ita legant hipaniſq; coretus. Eſt enim Coretus la-
cus Męotis, vt docet Plinius libro quarto, vel eſt ſi
Coretus. nus męotis, vt alij volunt. Alij legunt hypaniſq;
gerhuſq; Eſt enim Gerhus fluuius, qui baſilidas, et
nomadas ſeparat, de quo ita Plinius ſcribit. Reci-
Gerhus. pit amnes hugen gerhum hypanim ex diuerſo ve-
nientes tractu. Crebro vertice, Denſis reuolutioni
bus, labitur. n. non recto curſu, ſed flexuoſo. Tor
Halys. tus, Flexus ē ſinuoſis recurſibus fluens. Halys, Ha
lys fluuius eſt decurrens a radicibus Tauri per Ca
taoniā Cappadociāq; vt ſcri. Plini. Herodotus quo
q; eſt auctor eum exire inter paphlagonas verſus
boream et in Euxinum pontum deſinere, ita enī
ſcribit in primo. Si quidem imperium medicum
ac lydum diſterminabat fluuius Halys, qui ex Ar
menio monte profluens primum cilicas, dehinc
Mantienos, qui ſunt ad dextram et phrygas, qui
ſunt ad leuam, tum boreā verſus tendēs Syros, Cap
padocas, paphlagoniſq; interfluit, Cappadocas a de-
xtra, paphlagones a ſiniſtra perſtringens, Ita flu-
men Halys cuncta fere ſuperiora aſię a mari, qđ
cypro obnoxium eſt, ad Euxinus vſq; pontum di-
rimit. Dorſum omnis regionis longitudine quin-
q; dierum itineris, et reliqua. Partheniuſ-
q; rapax, Partheniuſq;
Parthenius fluuius eſt paphlago
num carābi promon
torio ſatis proximus,
vt ſcribit Plinius, cadit
q; in pontū, vt in Ar-
gonanticis docet Or-
pheus, et Strab. ſcri. poſt
Teioniticum oppidum
eſſe parthenium amnem, qui per florida deſertur
vnde et nomen aſſecutus eſt, parthenon enim di
citur locus vbi habitant virgines, ortum habet in
paphlagonia, rapacem autē appellat propter eius
curſum, qui omnia rapit et aufert. Et voluens ſa
xa cynaphes, In alijs exemplaribus legitur nipha-
tes non cynaphes, Cynaphis enim fluminis nullā
mentionem fieri vſquam inuenio, Niphates autē Parthe-
mons eſt in armenia Maſſio monti oriētem ver non
ſus imminēs, vt docet Strabo libro vndecimo. Eſt
etiam fluuius, Lucanus. Armeniuſq; tenens volen-
tem ſaxa niphatem, Sunt qui eum medorum alij
parthorum, nonnulli armeniorum, pleriq; Scy-
Niphates thaꝝ eſſe aſſerunt. Et nullo tardior amne tyras,
Tyras Scythię amnis eſt in oram ponti ſiniſtram
defluens, qui oppido nomen impoſuit, meminit
Plinius libro quarto, et Strabo libro ſeptimo ſcri
Tyras bens ab Iſtro ad amnem Tyras nauigabilē dccc.
ſtadia eſſe. At medio in ſpacio duos eſſe īgētes la-
cus quoꝝ vnus ita aperit, Vt vice portus eo vti li-
ceat, reliquus ore caret. Tardior nullo amne, Pi
grior nullo flumine, ſed aut ſuperior, aut par cur-
ſu, labitur enim magna celeritate. Et tu fœmi- Thermo
nee thermodon cognite turbę, Thermodon (vt Dio don
nyſius ſcribit) fluuius eſt, q a monte Armenio de
labitur, atq; inde vſq; ad amazones celeri curſu ꝑ-
ripitur, de quo ita ſcribit Plinius. In ora amnis
Thermodon ortus ad caſtellum, quod vocant pha
noriam, Et Pomponius docet poſt paphlagoniam
Calybes fuiſſe proximos, hos autem habere amnes
Halin, et Thermodonta, fuere et amazonum ca-
ſtra, Et Strabo. Fluuius inquit Thermodon p The-
miſcyrę cāpeſtria delabit, itēq; alter vocatus Iris e
phanorea veniēs, Scribit Diodo. Siculus penes Ther-
modōta fluuiū primo gentem Amazonum fuiſ Amazo
ſe, quę viris ſimiles bellicis artibus viribuſq; corpo nū gens.
ris pręſtabant, eaꝝ regina exercitū mulieꝝ coacto
exercuiſſe traditur, Eas militari diſciplina ac non
nullas ex vicinis gētibus expugnaſſe, Tradit et Plu
tarchus in Pōpeij vita Amazones in mōtibus ha-
bitaſſe, q fluuio Thermodōti ſuperiacent. Scribit et
Strabo Themiſcyrā, cāpoſq; Thermodōti ꝓximos
ē imminētes mōtes amazonū ſedes fuiſſe, Vñ hic poe
ta Thermodōta dicit a turba fœminea hoc ē ab
amazonibus cognitū fuiſſe, q illę iuxta eū fluuiū
habitabāt. Deſluit aūt Thermodō ī mare pōticū. Vnde

Et quondam graijs phaſi petite viris.
Cũq; boryſteneo liqdiſſimus amne dyrapſes
Et tacite peragens lene melanthus iter.
Quiq; duas terras aſiam cadmiq; ſororem,
Separat, et curſus inter vtrãq; facit
Innumeriq; alij quos inter maximus oẽs,
Cedere danubius ſe tibi nile negat.

Vale. Flaccus I. argonauticon ita cecinit. Sequaq; ther modó medio ſale murmura volues. Et quodam graijs phaſi petite viris. **Phaſis** Phaſis (vt Strabo docet) ingẽs fluuius eſt, q colchidẽ illabit, ortũq; ex Armenia du cit, Glaucũ in ſe recipit atq; hippũ ex vicinis mõtibus cadẽtes, ille.n. per flexiones aſper ac violentus in colchidẽ defertur, conuallium torrentibus multo imbri adauctis, ex iminentibus montibus arctus multis fontibus implet, ac poſtq̃ I cãpos venit, alia in ſe recipit flumina, auctus vero ac nauigabilis factus exit in põtũ, ſecus cũ vrbs iacet eiusdẽ nominis et lacus nõ procul, Lucanus, Colchor q rura ſecat ditiſſima phaſis per hũc igitur fluuius argonautę cũ Iaſone in Colchon ſubierũt ad rapiẽdũ aureũ vellus, Ouidius in met. Multaq; **Boryſtenes** perpeſſi claro ſub Iaſone, tãdẽ. Cõtigerant rapidas limoſi phaſidos vndas. Diodorus Siculus hanc expeditionẽ refert et Ouid. lib. vij. meta. Valerius Flaccus et Orpheus. Graijs viris. Argonautas intelligit quos alij. liij. et. xl. alij. l. alij. lx. fuiſſe ſcribunt, Lege ex grecis Orpheũ. Apolloniũ, et Diodor. Siculus, ex latinis. C. Balbũ. Cũq; boryſteneo, De Boryſtene ita ſcribit Herodotus. Quartus fluuius eſt Boryſtenes ſm Iſtrum oĩuʒ maximus uberrimus, paſcua p̃bens amęniſſima, idẽ ad potandũ ſuauiſſimus, liquidus inter turbidos fluens. xl. dieꝝ nauigatione, vſq; ad locũ nomine gerrum cognoſcit ab aqlone fluere, cuius tñ ac nulli fontes, nec ipſe poſſum, nec vllũ grecoꝝ reor poſſe dicere, idẽ quꝫ ad mare põticum adueniat Hypanis cũ eo miſcet eodẽ in loco mare irrũpens. Liquidiſſimus dyrapſes, Clariſſimus ſeu limpidiſſimus ille fluuius, cuius tñ nulli apud auctores mentionem inuenio, pręterq̃ hic apud Ouid. Tacite peragens, Sine murmure pręcurrens. Lene iter, Placidũ iter et ſine vllo ſtrepitu. **Melanthus** Melanthus, Melanthus fluuius eſt in pontuꝫ **Melas** labens, quem Plinius Melãthiũ appellat, cuius verba hęc ſunt. inde flumina Iaſoniũ Melanthiũ, et ab Amyſo. lxxx. milia paſſuũ pharma. oppidum et reliqua. Eſt et Melas in pontũ cadens, cuius meminit Plinius, et Valerius Flaccus, qum ait Cytorus phontis et argus, Æolidę fraterq; melas, ſed hic a Melanthu differt, Quare apud Pliniũ Melanthiũ nõ Melanthiũ legendũ puto, vt hic apud Ouidius legitur, niſi litterã more poetico; et nota figura ſubtractã dicamus ab Ouid. **Tanais** Quiq; duas terras, Tanaiſ deſignat, Ex fluminibus, quę apud Scythas ſunt quoꝝ nomina pleriq; cõmemorat Herodo. libro quarto, octauo loco ponitur Tanais, qui ſuperius e vaſta palude profluens in aliã vaſtiorem diffundit noĩe Męotim, quę diſcludit regios Scythas a ſarmatis, Scribit et Strabo libro. xi. Tanaim Europę atq; aſię terminũ eſſe ferriq; a ſeptẽtrionis partibus illo contrariũ, eiusq; originẽ vt alii incertã eſſe, quãuis quidã exiſtimãt eum fontes I cauſis montibus habere, qum multis ad ſeptẽtrionẽ ferat, poſtea cõuerſum emittere in męotim, Quidam vero a ſuperioribus iſtri partibus eũ deferri putant, Põponius quoq; Mela de eo ita ſcribit. Ipſe Tanais ex rypheo mõte deiectus adeo pręceps ruit, vt qum vicina flumina, tũ Męotis et boſphorus tũ ponti, aliqua rigore durent, ſolus eſtus hiemiq; iuxta ferens idẽ ſemper et ſublimis incitatusq; decurrat. Aſiã cadmiq; ſorores **Aſia** Exponit q̃ ſunt hę due **Europa** terrę, quas Tanais ſeparat, Aſia aũt ita appellata eſt ab Aſia vxore promethei, quãq̃ lydi hoc ſibi nomen vẽdicãt aſſerentes ab Aſio Manei filio Aſiã appellatã nõ ab vxore promethei, Vnde et ſardibus familiã quandã eſſe vocatã Aſiadẽ, vt eſt auctor Herodotus, per cadmi vero ſororem Europã accipe, q̃ ita ab europa filia Agenoris phęnicũ regis filia a Ioue rapta appellata eſt. Alij malunt ita appellari ab Europa oceani et Tethyos filia. Diony. ſcri. Europã ita appellatã a muliere depdita. Herodotus vero lib. iiij. ita ſcri. Europa ãtneq; an ſit mari circũflua, neq; vnde hoc nomẽ acceperit, neq; qs nois auctor extiterit ab aliquo mortalium cõpertũ eſt, niſi dicimus ab Europa tyria nomẽ accepiſſe, regionẽ, nec ante ſicut cęteras nomen habuiſſe, tñ illã ex Aſia fuiſſe cõſtat, neq; in hãc cõmeaſſe terrã, quę nũc a grecis vocat Europa, ſed e phęnice tñ in cretã, et e creta in Aphricam, Varro tñ de lingua latina ita ſcribit. Aſia dicta a nympha, a qua et Iapeto tradit prometheus. Europa ab Europa agenoris filia, quã ex phenice Manlius ſcri. tauꝝ exportaſſe, quoꝝ egregiũ ex ęre pythagoras Tarenti fecit. Inter vtrãq;, Inter Europam et Aſiã quas ipſe Tanais diuidit, vt diximus. Innumeriq; alij, Et alij fluuij multi, quos circiter quadraginta eſſe dixiimus ex ſententia Strabo. Quos inter maximus oẽs. Cedere danubius ſe tibi nile negat; **Danubius** **Iſter** Inter quos inquit Danubius, qui alio nomine Iſter appellatur maximus omnium Scythię fluminum, et qui nõ cedit nilo influit in pontũ, de quo ita ſcribit Herodotus lib. iiij. At Iſter omni quos nouimus fluuiorum maximus ſemper ſibiipſi par tam ęſtate, q̃ hieme fluit ab heſpero primus omnium, qui ſunt in Scythia ob id omnium maximus q̃ alij in eũ influunt, qui ipſum ingentem reddunt, per Scythiã delapſi numero quinq;. Quod aũt Iſter nõ cedat nilo, idẽ videtur et ſentire Herodotus libro ſecundo ſcribens Niliũ pari tractu atq; Iſtrum meare et paulopoſt addit Iſtrum inter primos fluuios cognoſci, et Niliũ ſolũ videri comperãdũ Iſtro, Saluſtius tñ (vt Gelius ſcribit) omnium fluminũ maximum eſſe Nilum. proxima magnitudine Iſtrũ eſſe ſcripſit Varro aũt I tribus primis Europę fluminibus Rhodanũ eſſe ponit, per qd vr eũ facere Iſtro ęmulũ; Iſtrũ aũt Pli. aſſerit oriri in Germanię iugis mõtis Arbonę, ac p innumeras lapſum

Copia tot laticu3 quas auget adulterat vndas
 Nec patitur vires ęquor habere ſuas.
Quinetiam ſtagno ſimilis, pigręq; paludi,
 Ceruleus vix eſt diluiturq; color.
Innatat vnda freto dulcis, leuiorq; marina ē,
 Quę proprium mixto de ſale pōdus habet.
Si roget hoc aliqs, cur ſint narrata pedoni,
 Quidue loqui certis iuuerit iſta modis.
Detinui dicam curas, tempusq; feſelli.
 Hunc fructum preſens attulit ora mihi.
Abfuimus ſolito dū3 ſcripſimus iſta dolore,
 In medijs nec nos ſenſimus eſſe getis.
At tu non dubio cum theſea carmine laudes,
 Materię titulos quin tueare tuę.
Que cuq; refers imitare viri; vetat iſte profecto
 Tranquilli comitem temporis eſſe fidem.
Qui q̄q̄ eſt factis ingens & conditur a te
 Vix tanto, quantus debuit ore cani.
Eſt tamen ex illo nobis imitabile quiddam.

gētes danubij nomine immerſo aquaꝝ auctu, et vnde primū illyricū alluit iſtrum appellari. lx. am nibus receptis medio ferme eoꝝ numero nauiga bili in pontum vaſtis ex fluminibus euolui, ſcribit Pōponius iſtq; Nilo minorē totidē tñ q̄ ille oſtijs in pōtū fluere, Dionyſius quoq; tradit. Nullū aliū eſſe fluuiū q aut magnitudine, aut aquarū copia, aut vtilitate poſſit cum Nilo cōferri. Copia tot laticū, Copia tot aquaꝝ fluuialiū. Quas auget, Quas vndas maris ipſa aq̄ tot fluminū copia maiores reddit. Adulterat vndas, Corrūpit et mutat maris nām. Vires ſuas, Quę ſunt vt non aſtringatur gelu, vt dcm̄ ē. Quin et ſtagno ſimilis, Non mō ſtringit pp hec flumina mare ponticū amittit vires ſuas, verū et colorē. Eſt. n. ſilis colore lacui. Querit Ariſtoteles in problemat. cur mare ponticum candidius ſit, q̄ egeū, et inter reliq̄s rōnes eā aſſignat quā hic et Ouid. exprimit, dicit. n. hoc iō accidere q̄ lacus oēs q̄ mare candidiores ſunt. pontus āt in lacus ſpēm ppemodum tranſit eo q̄ multi in eū fluuij effluunt, Nec vere mari ſolum cādidior lacus eſt, verū et fluuijs. Vñ pictores flumia pallida, mare ceruleū, Lacum candidū pingere non inepte cōſueuerūt. Pigręq; paludi, Aquę plauſtri nihil ſe mouenti. Ceruleus vix eſt, vix retinet parū coloris pprij h̄ ē cerulei. Diluitq;, Et minuit. Innatat freti Natat ſup aq̄ maria. Vnda dul. Aq̄ fluuialis. Leuiorq; ma eſt, Cām aſſignat q̄re aq̄ dulcis innatat aq̄ marinę q̄ illa leuior ē. Pli. Dulces mari inuehūt leuiores haud dubie, iō et marinę q̄ꝝ nā grauior, magis inuecta ſuſtinet. Idē et i li. pble. docz Ariſt. cur q̄rit cur i mari melius q̄ i fluuijs natare poſſumus, dicit. n. q̄ q natat ſedulo aquę adnitēdo natatus, adniti āt firmius ad id poſſumus, qd corpulentius eſt. At aq̄ marina fluuiali corpulentior eſt. craſſior. n. eſt et ad retinendū validior, hīc et ob cām demerſi in mare plus tpis valent tolerare q̄ in fluuio. Que pprium mixto de ſale pondus h3, Que aq̄ marina h3 grauitatem illā ppriā ab ipſo mari mixto tñ aqs illis dulcibus, q̄ñ inuat aq̄s dulces innatare pp leuitatem, Marinas vo illis mixtas ſubſidere pprio et nāli pondere. De ſale mixto, De ſalſedine illa imixta marinis aqs q̄ eſt cā, vt aqua marina ponderoſior ſit. Si aliqs roget, Si qs te interroget o poeta alloquit āt ſeipſū;

Cur mare ponticū cādidius ē egeum

Dulces aq̄ leuiores marinis

Cur i mari melius q̄ in fluuijs natamus

deinde videt. Cur hęc ſint narrata pedoni, Cur hęc Albinouano pedōi poetę retuleris de Scythia et de incōmodis tuis. Quidue iuuerit, Et qd tibi pfuerit. Loq iſta, iſta ſcribere. Certis modis, Verſis modulationibus et carminibus minime mendacibus, Nā ſicut ſagittam certam appellamus, q̄ figitur vbi dirigitur, ita vſus certos dicimus, q̄ ea q̄ dicūt ſine mendacio exponūt, nec quicq̄ fallunt. Detinui dicam curas, Cām aſſignat, cur hęc pedoni narrauerit, q̄ ſcribendo animus occupatus a dolore maloꝝ liber fuit. Tempusq; feſelli, Et tps elapſū fuit. Fallimus. n. tps, quū in aliquo occupati ſumus et illud obliuiſcimur, et ſic curas ponimus. Hunc fructū, Hanc vtilitatem q̄ curas detinui ē tempus feſelli. Preſens ora, Hęc regio Scythica in qua ſu. Abfuimus ſolito dolore, Dolorē cōſuetum depoſui hęc ſcribendo. At tu nō dubio, Nunc ad pedonē vertit ſermonem, q Theſei geſta carmine cōplectebat. Non dubio carmine, Carmine celebri, elegāti ac extra oēm aleā et dubitationē ſue pſtantię ac magnitudinis poſitū, vel certe nō dubio hoc eſt nō dubiā laudē Theſei exponētis, ſed certā, vel nō dubio, nō mēdaci, ſed vera oīa de Theſeo cōtinentis. Titulos tuę materię, Virtutes et fidē erga amicos tui Theſei, de quo tractat, is. n. pirithoum dr̄ mira beniuolētia cōplexū fuiſſe. Quin tueare, Cur nō defendis illuꝫ imitando exhibendo te mihi amicū fidum. Queꝫ refers, Cuius Theſei geſta et laudes exponis. Viri, Theſea. Vetat iſte p. Tranqlli comitē tpis ēē fidē. Theſeus ſuo exēplo demōſtrauit amico in aduerſis nō in pſperis fidē pſtādā, q: ipſe et amico ī aduerſis ſemp affuit, vt vulgo legit, et fides amici in aduerſitatibus cognoſcit. Qui q̄q̄ eſt fa. in. Qui Theſeus q̄uis reꝝ geſtaꝝ glia magnus h̄eat. Et cōdit a te vix tanto q̄tus habuit ore cani, Et a te celebrat tāto ore, et laudibus q̄tis vix debuit cani, q̄ñ lnuat maiores pene eē laudes pedōis et carmē q̄ Theſeus celebrauit q̄ Theſei geſta. q̄ p ſe clara et ſuis ſcriptis clariora reddunt. Ex q̄ magna ē ipſius poetę laus. Eſt āt ordo. Et cōditur a te tanto ore, q̄tus vix debuit a te cani. Male āt ſentiunt qui aduerbium illud cōiungunt cum verbo conditur. vt dicat vix cōdit. eo. n. modo Ouidius poſſe laudē deprimeret. Eſt tñ quiddam imitabile, Eſt tñ aliquid in quo Theſeum imitari poſſumus. Ex illo, Ex eo tuo Theſeo.

Inq; fide theſeus quilibet eſſe poteſt.
Non tibi ſunt hoſtes ferro clauaq; domandi,
Per quos vix vlli peruius iſthmos erat.
Sed pſtandus amor res non onerosa volenti,
Quis labor eſt puram nō temeraſſe fidē?
Hec tibi qui perſtas indeclinatus amico,
Non eſt quod lingua dicta querēte putes.

Ad Gallionem.

GAllio crimē erit vix excuſabile nobis
Carmine te nomē nō hūiſſe meo.
Tu quoq; enim memini cęleſti cuſpide facta,
Fouiſti lachrymis vulnera noſtra tuis.
Atq; vtinam rapti iactura leſus amici,
Senſiſſes vltra quod querere nihil.
Non ita dijs placuit, qui te ſpoliare pudica,
Coniuge crudeles non habuere nephas.
Nūcia nā luctus mihi nuper epiſtola venit,
Lectaq; cū lachrymis ſunt tua dāna meis.
Sed neq; ſolari prudentem ſtultior auſim,
Verbaq; doctorum nota referre tibi.
Finitumq; tuum ſi non ratione dolorem,
Ipſa iampridem ſuſpicor eſſe mora.

Inq; fide: theſeus quilibet eſſe poteſt, Et vnusquiſq; in amore, et fide amicis pſtanda ē. Theſeum imitari et eē idem qđ ipſe fuit pirithoo. pro quo Theſeus pugnauit contra centauros, et illum vſq; ad inferos ad rapiendam pſerpinam profectus eſt, vt fabulantur poetę. Non tibi ſunt hoſtes, Nolo inquit pro me pugnes quemadmodū Theſeus pro pirithoo. Ferro, armis. Claua, Eo teli genere, qđ in perittho predo ū trucidato ſuſtulit Theſeus ħ pcul a Trezene, geſſit q; poſtea more Herculis in ſignum victorie, Sanę a claua clauiger a poetis Hercules appellatur, ſicut & a claue Ianus deus clauiger dicit. Per quos, ſcilicet hoſtes. Vix vlli puius iſthmos erat. Vix iſthmon corinthiacum quiſq; adire poterat, deſignat aūt Scynim latronē ſceuiſſimū, q (vt Diodorus ſcribit) in iſthmo corinthiaco duas flexas pinus atque vtriq; alligatis brachijs hoīum ſurſum dimittēs, corpus vi diſcerptū necabat, cū theſeus ſuſtulit. Eſt aūt iſthmos terra anguſta inter duo maria, que iter porrigit ad Cherroneſum. Duo aūt iſthmi celebres memorant, vnus achaicus, in quo fuit Corinthus, quē hic Ouid. prius minime puium fuiſſe dicit. Ouidius in epłis. Æquora bina ſuis oppugnāt fluctibus iſthmon. Et tenuis tellus audit vtrūq; mare. Alter vero iſthmus eſt Thracius. Sed pſtandus amor, Sed mihi eſt opus fide et beniuolētia tua. Res nō one. vo. Res hęc quā a te peto eſt nō difficilis ſi volueris. Quis labor eſt, Quę difficultas eſt. Purā non temeraſſe fidem? Non violaſſe fidē erga amicū candidā et ſincerā? Hęc tibi qui pſtas, Ordo eſt. Non ē q; tu qui pſtas indeclinatus putes hęc dicta tibi lingua q̄rente, ſenſus eſt. Tu q in fide erga me permanſiſti ſemp, nō debes credere me hęc iō ſcribere, vt de te q̄rar, q̄ſi innuat ſe hęc magis ſcribere, vt eum hortet ad id pſtanſiſtādum. Indeclinatus amico, Qui nunq̄ a me amico declinaſti. Eſt aūt pncipiū h ex his, q̄ in voce paſſiua actiuā hñt ſiğationē, quēadmodū pſideratus. Diſertus Defectus et alia hmōi. Perſtas, Permanes i fide, legit & pſtas h eſt exhibes offm tuū, vt ſit ordo pſtas amico ſubaudi offm̄. Hęc dcā tibi, Hęc que ſupius dixi de fide Theſei a me tibi expoſita. Lingua q̄rente, Sermone quo de te videar q̄ri.

Scynis latro

Iſthmos

In. XI. epiſtolam Enarratio.

GAllio crimen erit. Factus poeta certior Gallionis amici litteris de obitu eius vxoris, primo dicit nephas ducere non celebrare illum ſuis carminibus, quandoquidem ille caſum ſuū lachrymis et dolore ſemp proſecutus ſit, qđ itidē dicit ſe feciſſe audita vxoris eius morte, Deinde exponit minime audere eum cōſolari propterea q ipſe prudentior optime nouit ea quę ſunt in eā rē ab auctorib; ſcripta, additq; fore, vt tanto interuallo illo temporis, quo eius litteras accepit, quoq; ipſe ſuas ad eum mitteret ppter locorum diſtātiam dolor eius minueretur, Tertiam ēt rationem ſubiungit, cur nolit vti vllo conſolationis gñe, q forte alia ducta vxore noua huiōi littere intempeſtiue accederent. Vix excuſabile, Vix quod poſſit excuſari. Carmie meo, In hoc meo opere. Nomen, Indicē nominis tui teſtem tui in me amoris. Cęleſti cuſpide, diuo ictu. Facta noſtra vulnera, Calamitatem hanc meā, qua affectus fui, intelligit autem relegationem. Fouiſti tuis lachrymis, Lachrymis tuis proſecutus es et dolore. Rapti amici, Mei tibi adempti exilio, et Auguſti iuſſu. Senſiſſes nihil vltra. Nihil alieni doloris accepiſſes, quē ſtatis exprimit ſubdl ſeno verſu. Quod q̄rere, Quod queſtu et luctu tuo declarares. Nuncia luctus, Luctū et dolorē deferens mihi afferens. Tua damna, vxoris tuę obitus, qui tibi dānum attulit. Stultior, Ego minus prudens. Verba doctoꝝ. Dicta ſcriptoꝝ et philoſophoꝝ rationes oſtendentium homines non debere pſequi mortuos lachrymis. Finitus eē ipſa mora, Ipſa longinquitate temporis eſſe labefactatum. Si non ratione, Duo dicit dolorem poſſe tollere, aut ſcilicet rationes oſtendentes non eſſe morte dolendum, aut tpis diuturnitatē, quā poſtremā dicit ſe exiſtimare pfuiſſe Gallioni ad leuandum dolorem, ſi rōnibus eius animus pculſus moueri non potuit. Dum tua peruenit, Dū tua ad me epiſtola perlata eſt. Dum littera noſtra recurrēs, Dum itidem mea epiſtola ad te perferenda. Per meat, Perlabitur. Temporis officium. Senſus eſt.

Debemus

Debemus afflictos conſolari certis et ſuis tpibus, qum homines dolent, non autem qñ iam dolor abijt. Temporis certi, Temporis ſui et conuenientis. Officium eſt, Amici munus eſt. Dicere ſolatia, Verba ꝯſolatoria afferre. Dum dolor in curſu eſt, Dum ſeuit dolor. Dum petit ęger opem, Dum q dolet indiget conſolatione.

Qua nomen tuum ponatur in meis carminibus. Nam pudet, Nam dedecus videtur. In geminos verſus, In duos verſus ponendo in calce exametri partem nominis tui priorem ſcilicet tuti, ꝛ alteram in principio pētametri ſcilicet canus. Ita ſcindere nomen, Ita nomen tuum diuidere.

Dum tua puenit dū littera noſtra recurrens
Tot maria et terras permeat, annus abit.
Temporis officium ſolatia dicere certi eſt,
Dum dolor in curſu eſt, dū petit ęger opē.
At cum longa dies ſedauit vulnera mentis,
Intempeſtiue qui monet illa monet.
Adde qđ (atq; vtinā veꝝ tibi venerit omen)
Coniugio fœlix iam potes eſſe nouo.

Ad Tuticanum.

Quominus in noſtris ponaris amice libellis,
Nominis efficitur cōditione tui.
Aſt ego non alium prius hoc dignarer honore:
Eſt aliquis noſtrū ſi modo carmen honor.
Lex pedis officio, fortunaq; nominis obſtat,
Quaq; meos adeas eſt via nulla modos.
Nā pudet ī geminos ita nomē ſcīdere verſus,
Deſinat vt prior hoc incipiatq; minor.
Et pudeat, ſi te qua ſyllaba parte moretur,
Arctius appellem tuticaniumq; vocem.
Et potes in verſum tuticani more venire,
Fiat vt e longa ſyllaba prima breuis.
Aut vt ducatur, quę nunc correptius exit,
Et ſit porrecta longa ſecunda mora.
His ego ſi vitijs auſim corrumpere nomen,
Ridear, ꝛ merito pectus habere neger.

At qum lōga dies, At qñ diuturnitas tēporis. Sedauit vulnera mētis, Dolorē animi leniuit. Intempeſtiue monet, Tpe non ſuo et minime conuenienti agitat et tractat. Qui monet illa, qui ea vulnera obducta, et dolorem iam pęne obliuioni traditum vexat, et in memoriam adducit conſolando. Atq; vtinam veꝝ tibi venerit omē, Atq; vtinā veꝝ augurium afferā, nūciando hęc quę ſubiungit poeta. Cōiugio nouo, Nuꝑ noua ducta vxore.

In.XII. Epiſtolam Enarratio.

Quominus in noſtris, Ad Tuticanum ſcribens poeta cauſam aſſignat, cur nullam eius mentionem fecit in libris ſuis. Deinde cōmemorat amicitiam, quę ſibi cum illo fuit vſq; ad eam etatē ſemper arctiſſima, poſtremo illum rogat, vt apud principem tueat ac iuuet ptes ſuas.

De ſinat vt prior hoc, Vt prior verſus id eſt exameter terminet ē ſiniat in hoc tuum nomen ſcilicet in tuti. Incipiatq; minor, Et vt minor verſus, id eſt pētameter incipiat a reliqua parte tui nominis ſcilicet a canus. Et pudeat, Et erubeſcam etiam ſi voluero nomen tuum integrum ponere nec diuidere. Qua ſyllaba parte moretur, Ea parte, qua ſyllaba producatur. Arctius appellem, Strictius et breuius nominem ponendo ſyllabam breuem, quę naturaliter produci debet. Tuticaniumq; vocem, Hoc.n. modo poeta penultimam ſyllabam, quę eſt longa corriperet. Et potes venire in [illegible] Et nomen tuum [illegible] poſſit ita poni [illegible] intelligitur. Tu[illegible] more, Eo mo[illegible] ponit hęc [illegible] prima [illegible] ſyllaba bre[illegible], qum ſit longa. Quare oſtendit neceſſe eſſe aut primam ſyllabam nominis corripere contra naturam, aut penultimam. Fiat breuis, Corripiatur. E longa. Qum ſit producta.

Quominus ponaris, Vt non ſcribaris et nomineris. Conditiōe tui nominis. Qualitate et ſorte tui nois, quod non pōt in verſu poni ſyllabis repugnantibus, vt ſtatim ſubdit. Alium, Aliam pſonā. Dignarer, Dignum iudicarem. Hoc honore, Hac laude ſcilicet nomen tuum ponendo in libellis meis. Si modo eſt aliquis honos, Si modo eſt gloria aliqua. Noſtꝝ carmen, Noſtra deſcriptio. Hoc āt dicit, vt arrogantiam euitet, ne ſibi nimium videatur aſſumere. Lex pedis, Lex et ratio metrica, quę non patiē in verſu exametro, et pentametro poni alios pedes, q̄ Dactylū et ſpondeum, et aliqñ Trocheū in fine. Obſtat officio, Aduerſatur et repugnat officio meo, qđ erat, vt te nominarem. Vel ſit ordo. Lex ſcilicet metrica obſtat officio pedis. Fortunaq; nominis Et ſors nominis tui, quod es adeptus. Qua adeas meos modos,

Vt ſyllaba prima, Vt huius nominis Tuticani prima ſyllaba. Aut vt ducatur, Aut vt producatur. Quę nunc correptius exit, Ea ſyllaba antepenultima ſcilicet ti quę nunc corripitur. Et ſecunda, Hoc eſt ſecunda huius nominis ſyllaba ſcilicet ti. Sit longa, Ponatur longa. Porrecta mora, Producto tempore, ꝛ prolatione. Nam vnaquęque ſyllaba lōga duo habet tempora, breuis vero vnū tantum. His vitijs, Ponendo longam pro breui, et e contra. Corrumpere, Incongrue et inconcinne ponere. Ridear, Deludar. Pectus habere, Habere cor et mentem, cuius ſedes (vt plerią; philoſophi voluere) eſt in pectore, ad quam ſenſus ex omni corporis parte conueniunt, vbi vis rationis et intelligentię verſatur, vñ qum poetę quempiam

Mētis ſedes in pectore

Hęc mihi causa fuit dilati nominis huius,
Quod meus adiecto foenore reddet ager.
Teq; caná, quacũq; nota tibi carmina mittã,
Pęne mihi puero cognite pęne puer.
Perq; tot annorum seriem quot habemus vterq;
Non mihi q̃ fratri frater amate minus.
Tu bonus hortator tu duxq; comesq; fuisti,
Cum regerez tenera frena nouella manu,
Sępe ego correxi sub te censore libellos,
Sępe tibi admonitu facta litura meo est.
Dignam męoniis phęacida condere chartis,
Cum te pierides per docuere deę.
Hic tenor, hęc viridi cõcordia cępta iuuenta,
Venit ad albentes illabefacta comas.
Quę nisi te moueant, duro tibi pectora ferro
Esse, vel inuicto clausa adamante putem.
Sed prius huic desint & bellũ & frigora terrę,
Inuisus nobis quę duo pontus habet.
Et tepidus boreas, & sit prefrigidus auster,
Et possit fatum mollius esse meum.
Quam tua sint lapso pręcordia dura sodali,
Hic cumulus nostris absit abesq; malis.

Nõ hře pectus aut cor

carere intelligentia vident, et rõne ac mẽte, eos dicunt nõ hře pectus, aut cor, Ausonius Reminisco Ruffus dixit i versu suo Cor ergo versus, imo Ruffus non ħs hũc etiam di. Vecors amens. Alij vero

Vecors

mentis sedẽ in capite et cerebro esse dixerunt. Cã huius nominis dilati, Cã vt nomen tuum a musis et carminibus alie num ptraheretur in hunc vsq; diem. Fuit mihi hęc, Fuit mihi talis, q̃ is dicta est. . Q. d. Subaudi nomẽ. Vel quam dilationẽ nõis. Meus ager, Meũ ingeniũ p metaphoram. Adiecto foenore, Addito lucro Fenus. n. pprie prouentus ẽ ex nãli terrę fructu postea vo ad vsuram translatum est. Teq; canam, Et te laudabo. Quacunque nota, Quocunq; aspersa errore, et quibuscũq; litteris composita vel syllabis pro ductis pro breuibus, et econtra. Mihi pęne puero, Mihi Ouidio quasi puero. Pęne puer, Tu qua ſi etiam puer. Tot annorum, Agebat enĩ Ouidius quinquagesimum annum et amplius. Quos habemus vterque, Quot nos ambo nati sumus. Non amato minus mihi, Nõ minus mihi dilecto. Quã frater fratri, Quã frater a fratre amat. Tu bonus hortator, Tu qui hortaberis ad virtutes capescendas. Cum regerem, Cum moderarer. Tenera manu, Iuuenili moderamine. Frena nouella, Tyrocinii et lubricũ ętatis pululantis. Correxi libellos, Emendaui mea carmina. Sub te censore, Sub te iudice. Sępe litura est facta tibi, Sepe ẽ tu expũxisti in tuis scriptis aliq̃. Meo admonitu, Me ita te monente, vt expũgeres. Dignũ męoniis, Ordo iste dependet a superiori sensu, et est talis. Sępe litura est facta tibi meo admonitu. Cum deę pierides pdocuere te pdere phęacida dignã męoniis chartis delesti ingt, et tu q̃dam meo admonitu in phęacide tua, quę erat digna pp eius sublimitatem cõparari versibus Homeri, et scribi in iisdem chartis, in qbus scripsit Homerus opus suũ, q̃ carmen tuum meref talem chartam, q̃lem habuit Homerus in scribendo eius carmine diuine, ex quo magna est Tuticani laus, cuius carmina Homericis carminibus paria fuisse dicit. Dignã męoniis chartis, Dignam hře tales chartas, q̃les habuit opus Homeri ex Męonia, seu Lydia puincia, a qua męonius appellatus est, vel a Męone lydorum rege q̃ illũ susceptũ pro suo educauit, vt scri. Plu.

Męonius Homerus

Phęacida, Opus ptinẽs mãm Alcinoi regis phęacũ, q fuit iustissimus, ad quẽ Vlysses naufragus venit, q regio cõiugio susceptus, errores suos enarrauit, cui rex Nausicę filię cõiugium offerebat, quod ille renuẽs discessit multis ab eo muneribus donatus, et naue cum socijs, hęc oĩa ptinebãtur in eo opere, qđ ille ab insula phęacia phęacũ ptria in Ionij maris littore, q̃ alio nõie Corcyra dcã fuit, phęacida noiauit, quẽadmodum Statius Thebaida. Pierides deę, musę, q̃ poetis psũt. Hic tenor, Talis ordo dilectiõis. Hęc pcordia, Talis amicitia. Viridi iuuenta, In ętate iuuenili. Ad albẽtes comas, ad senectam, in q̃ canos capillos hẽmus. Illabefacta, Inconcussa. Quę nisi te moueant, Quibus supradictis nisi ad me amãdũ mouearis. Pectora ẽ duro ferro, Mẽtẽ tuã, cuius sedem diximus esse in pectore durissimã vt ferrũ, et minime ad amorem flexibilẽ. Vel clausa adamãte inuicto, Vel putẽ ẽ mentẽ tuã, quã p pectora designat ẽ septã lapide adamantino, cuius duricies tanta ẽ scribit. Vis vt nulla vi, non ipso excindere ferro. Cęlicolę valeãt, rumpit tñ sanguine hircino dicente Plinio. Si qdem illa inuicta vis duarũ violentissimę nãę rerum ferri ignisq; pemptrix, hircino rumpit sangine, ac ne aliquã recenti calidoq; maceratã, ẽ sic quoq; multis ictibus, tunc ẽ ptereq eximias incudes, malleosq; ferreos frangens. Huic terrę, Huic Scythicę, regioni, in qua sum. Et bellum et frigora, His. n. duobus malis potissimum Scythia infestatur. Inuisus pontus, Regio pontica mihi odiosa. Et tepidus boreas, Et aquilo qui frigidus est vt diximus prius fuerit calidus. Et sit prefrigidus auster, Et auster etiam fuerit prius valde frigidus, flat enim a meridionali plaga, ideo est calidus. Et meum fatum possit esse melius, Et mea hęc exilij calamitas poterit ẽ mitior, qđ vr ẽ ĩpole. Quã tua p. quã tuũ cor ẽ mẽs. Sint dura, Sint crudelitati vlli obnoxia et clausa. Sodali lapso, Mihi amico tuo in exiliũ electo pp errorẽ. Hic cumulus, Hęc coacernatio mali, q̃ scilicet sis mihi durus. Absit, Remoueatur. Abesque, Et remoueatur, quia scio te non

Phęacia Corcyra

Adamas

Tu modo p ſuperos, quorũ certiſſimus ille ẽ,
Quo tuus aſſidue principe creuit honor.
Effice conſtanti profugum pietate tuendo,
Ne ſperata meam deſerat aura ratem.
Quid mandẽ queris, pereã, niſi dicere vix ẽ,
Si modo qui perijt ille perire poteſt.
Nec qd agã inuenio, nec qd nolimue, velĩue
Nec ſatis vtilitas eſt mea nota mihi.
Crede mihi, miſeros prudẽtia prima relinqt,
Et ſenſus cum re conſiliumq; fugit.
Ipſe pcor queras quas ſim tibi parte iuuãdus
Quoue viam facias ad mea vota vado.

Ad Charum.

O Mihi non dubios inter memorãde ſodales.
(Cane qui qđ es id vere chare vocaris,
Vnde ſalutaris color hic tibi protinus index,
Et ſtructura mei carminis eſſe poteſt.
Nõ q̃a mirifica ẽ, ſed quod nõ publica certe,
Qualis enim cunq; eſt non latet eſſe meã.
Ipſe quoq; vt charte titulum de frõte reuelas
Quod ſit opus videor dicere poſſe tuum
Quamlibet in multis poſitus noſcere libellis,
Perq; obſeruatas inueniere notas,
Produnt auctores vires, quas hercule dignas
Nouimus, atq; illi quem canis eſſe pares.
Et mea muſa poteſt ꝓprio deprehenſa colore.

eſſe in vtile duꝫ. Per ſuperos, Per Ceſares Tiberiũ ſcilicet et liberos. Certiſſimus, Indubitatiſſimus. Ille, Tiberius ſcilicet. Aſſidue creuit, Semper eſt auctus. Cõſtanti pie. Firmo et indubitato amore. Profugũ, Me exulem. Ne aura ſperata, Ne fauor tuus, vel reditus ſpes mea. Deſerat ratẽ, Me deſtituat. Loquitur aũt Metaphorice. Quid mãdem, Quid tibi iniungã. Niſi dicere vix ẽ, Niſi ẽ difficile hoc exponere. Si mõ q perijt, Si modo ego, qui iã perij, q2 exul ſuꝫ tã q̃ mortuus hoc autẽ dicit corrigẽdo ſe, q2 dixerat i ſuperiori carmine, pereã niſi dicere vix eſt. Nec quid agã Inuenio, Nec reperio qd mihi iniungendum tibi ſit. Velimue. Et a te petam. Mea vtilitas, Quid mihi expediat. Miſeros. Infoelices, et affectos aliqua calamitate. Prudẽtia. Virtus illa, que ꝯſpicit qd agẽdũ, qdue dicẽdum, et ẽ. Videmus enim hoc vſu venire, vt animo ꝯſternati quid in dubijs ꝯſilijs capiẽdũ ſit, nõ intelligãt. Et ſenſus, Et intelligẽtia. Cum re, Cum fortunis et vtilitate. Cõſiliũq;, Et deliberatio. Ipſe precor queras, Precor, vt tu ipſe inquiras. Qua ſis tibi parte iuuãdus, Quomodo poſſis mihi opẽ ferre, aut i qua re. Quoue vado, Et quo loco tuto, ſic etiã dicimus rẽ eẽ in vado, quum eſt in loco tuto. Sunt qui legant nõ vado, ſed modo, in pleriſq; exẽplaribus legitur et vide nõ vado, vt ſit ordo. Et vide quo. s. modo et reliq̃. Facias viã. Debeas peruenire. Ad mea vota, Ad deſideriũ meũ, qđ eſt, vt reducar, aut transferar in exiliũ mitius.

In. xiij Epiſtolam Enarratio.

